









1702.

1. Beierus, Adrianus, Colligijj juri Dic' decamus : De vestitu  
pactorum occasione l. 20 l. de pact. Programma  
in ang. (lectioiis auspiciis Alessandi Hieronymi Elsen  
praemissum).
2. Beierus, Adrianus : Descendato.
3. Beierus, Adrianus, Colligijj juri Dic' decamus : De  
Dominio thesauri atl. an. C. de thesaur. Programma  
in ang. (lectioiis in ang. Hieronimi Ichmanni proae.  
missum)
4. Beierus, Adrianus, Colligijj juri Dic' decamus : De  
clandestina debitorum, occasione l. 3 l. de novat.  
Programma in ang. (lectioiis auspiciis Henrici  
Kreyenberg praemissum)
- 5<sup>a</sup>-b Beierus, Adrianus, Colligijj juri Dic' decamus : De  
parte una, occasione l. m. l. de monopol. Pro-  
gramma in ang. (lectioiis auspiciis Gisberti Nagel  
praemissum). 25 exempl. 1702-1759

1702.

6. Bucerius, Adianus: De libibus tentorum  
mechanicis.

7. Brucknerus, Gustavus Hieronymus: De auctoritate  
iuris canonici

8<sup>o</sup> Brucknerus, Christoph. Frider; Conjur. juri*dicti* . . . decanus  
De abusibus appellationum tollendis; et hac ratione  
libibus eis nos terminandis (ad lectionem cursoriam  
Christophi Friderici Kestleri invitata). 2 exempl.

9. Brucknerus, Gust. Hieronymus; Fac. iuridicae decanus:  
De liberitate heraldi (ad lectionem cursoriam Johannis  
Petri Shattockis invitata)

10. Brucknerus, Fr. Hieronymus, Fr. iuridicae  
decanus: De discriminis, justis modernis a veteribus  
Romanis in causis matrimoniorum spectantibus  
distinguitur (ad lectionem cursoriam Johannis  
Faculti Romani invitata)

1702.

11. Friesen, Joh. Bernhardus: De donationibus simplebus inter conjuges validis.
12. Friesen, Joh. Bernhardus: De terminis utrius.
13. Lünenhausen, Joh. Iac.: De eructatione academicæ.
14. Stock, Fried. Joh.: De probatione filiationis
15. Trüber, Jo. Philippus: De nobilitbus novis iuxta respiratoris habitis
16. Trüber, Jo. Philippus: De fideiorum perversa Gencin accusatis petulantibus tractandi coram iudicio
17. Willwoogelius, Christianus, Collegii jurisici ... decanus: De signis manus regiae. Programma in ang. /lectionum auspici cali' Januarii Bestiarius praemissum)
18. Willwoogelius, Christianus: De inutribus sponsaliorum divisionibus.
19. Willwoogelius, Christianus, Collegii jurisici ... decanus: De sycomantio. Programma in ang. /lections' auspici cali' Iohannis Wilhelmi Dietmaris praemissum.



1702.

20. W. Wildvogel, Christianus: De officio actuarii

1741. = Wildvogel, Christianus: De testamento holographo ecci-

pros. 9 Sept. 1702 1753.

221<sup>3,4,5,6,7,8,9</sup> W. Wildvogel, Christianus: De eo, quod justum est

circa depreciationem ecclesiasticam. 5 Sept. 1702.

1757.

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM IURIDICAM

D E

# TESTAMENTO HOLOGRAPHO RECIPROCO.

LINGVA VERNACULA:

Wie ein selbst- geschriebenes Testament, auch ein Ver-  
mächtnis und Gegenvermächtnis Rechts-gültig  
einzurichten ist.

P R A E S I D E

Dn. CHRISTIANO WILDVOGEL,

I C T O C E L E B E R R I M O ,

C O N S I L I A R I O S T A T U S S A X O - I S E N A C E N S I S  
I N T I M O , E T C . E T C .

P R O L I C E N T I A

S V M M O S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R E S D O C T O R A L I A  
M O R E M A I O R V M R I T E C A P E S S E N D I ,

D. II. A V G V S T I M D C C I I ,

E R V D I T O R V M E X A M I N I S V B I I C I T

I O H A N N E S P E T R V S M A T T H I A S ,

S M A L C. H A S S V S .

H V I C A C C E D I T

G V I L. H I E R O N. B R V C K N E R I , D.

F A N D. P. P. O. C V R. P R O V. A S S E S S. E T C O L L. I V R. D E C.

P R O G R A M M A A D H V N C A C T V M S O L E N N.

D E

# LIBERTATE TESTANDI,

O C C A S. L. I. C. D E S S. E C C L E S.

\* \* \* \* \*

I E N A E ,

P R O S T A T A P V D I. B. H E L L E R V M , 1 7 5 5 .



О Т И Е М А Т Г А Т  
HONORERATI O R E C P R O C O

# THE CHARTER OF THE STATE OF TEXAS.

# THE BERRATTE TESTAMENT





# CONSPECTVS TOTIVS DISSERTATIONIS.

## CAPVT I.

D E

## TESTAMENTO HOLOGRAPHO.

§. I. *Definitio testamenti in genere, & quo sensu accipiatur vox testamenti, p. 5.*

II. *Quid denotet holographum, p. 6.*

III. *In sensu vulgari, (1.) Ratione formæ accidit idem est ac extense & integrum scriptum, p. 7.*

IV. *Miles non solum scriptura extensa, sed notis quoque testari potest, p. 8.*

V. *Cetera testamenta privilegio munita regulariter debent esse holographa & literis extensa, p. 10.*

VI. *Testamenta solennia omnino debent esse holographa & literis extensa, p. 11.*

VII. (2.) *Ratione materiae objective militis testamentum omnino holograph. esse non debet, p. 12.*

VIII. *Etiam Pagani testamentum secundum quid potest esse non holographum, p. 13.*

IX. *Testamentum nuncupativum in scripturam redactum non videtur holographum, p. 15.*

X. *Non est holographum ubi pater in scripturam testatus est, & filio nuncupato substituit, p. 16.*

XI. In sensu Legali holographum dicitur,  
quod manu testatoris scriptum est, p. 16.

XII. Est vel mysticum vel non mysticum, p. 17.

XIII. In holographo, prater subscriptionem  
testatoris, omnia solennia requiruntur, p. 18.

XIV. Olim nomen heredis, vel testatoris vel  
testium manu erat exprimendum, secus in hologra-  
pho, p. 18. & 19.

XV. Idem est in subscriptione testatoris, p. 20.

XVI. Testamentum holographum inter libe-  
ros, nec testes requirit, neque subscriptione indiget,  
non item αιλόγεα φον, p. 21.

XVII. Quoad extraneos & vel in pia causa  
holographum patris, testium subscriptionem requi-  
rit, p. 22.

XVIII. Holographum non est necessario testi-  
bus pralegendum, p. 23.

XIX. Muti & surdi holographum is valet,  
licet alias vix possit in scriptis testari, p. 24.

XX. Testamentum holographum non posse  
principi vel judici per tertium offerri, communior ba-  
bet sententia, p. 25.

XXI. Testamentum holographum solennibus  
destitutum non obligat in conscientia, p. 26.

XXII. Testamentum holographum imperfe-  
ctum

17.  
em  
vel  
ra.  
20.  
be-  
et,  
sa-  
ii-  
7.  
te-  
2.  
is  
-  
n

¶ ) o ( ¶

*Eum non rumpit prius perfectum non hologra-  
phum, p. 27.*

## CAPVT II.

DE

### TESTAMENTO RECIPROCO.

- §. I. Exhibit connexionem praecedentis capi-  
tis, p. 28. § 29.
- II. Testamenti reciprocí duplex acceptio, p. 29.
- III. Reciproca substitutionis species obiter no-  
tantur, p. 29. § 30.
- IV. Reciproca testatio an? & quo jure per-  
missa sit, p. 30. § 31.
- V. Non solum conjuges, sed & alii iisdem ta-  
bulis testari possunt, p. 31. § 32.
- VI. Testamentorum reciprocorum inter con-  
juges frequentior est usus, p. 33. Causa efficiens  
est libera voluntas, ibid.
- VII. Testamentum reciprocum ratione ma-  
terie duas continet ultimas voluntates, p. 33. § 34.
- VIII. Ratione forme pro uno habetur, p. 34.
- IX. Quid, si de dividendo eo, quod post  
mortem ultimi decedentis superfuerit, dispositum  
sit, p. 35.
- X. An in testamento reciproco Falcidia lo-  
cum sibi vindicet? p. 36.

2  
xi ) o ( xi

XI. Effectus est : bonorum ad cuiusque proximos cognatos jure fideicommisi, translatio, p. 37.

XII. An testamentum reciprocum post mortem alterius posse revocari, p. 38.

CAPVT III.

DE

TESTAMENTO HOLOGRAPHO  
RECIPROCO.

§. I. Continet connexionem hujus cum precedentibus capitibus, p. 41.

II. Testamenti holographi reciproci propria acceptio, ibid.

III. Requiritur, ut cuiusque conjugis voluntate sit confectum, & utriusque manuscriptum, p. 42.

IV. An valeat testamentum reciprocum quod maritus totum conscripsit ; uxor vero generaliter subscripsit, p. 43.

V. Argumentum à Legatario ad heredem ex L. 4. C. Qui sibi adscr. in testam. proferens, p. 44.

VI. An ab una parte invalidatum, etiam ab altera parte corruat testamentum reciprocum holographum, p. 45.

Casus ejusmodi proponitur, p. 46. sqq.

VII. An jus retentionis competat marito, e' jusve heredibus ex tali imperfecto testamento, p. 57.

I. N. D.



I. N. D. N. I. C.

## INGRESSVS.



*S*pecimen Inaugurale edere jussus, id  
quod plerumque peregrinantibus acci-  
dere solet, qui certam sibi metam pro-  
ponentes, ad quam variae eos perducere  
possunt semite, aliquandiu dubii hæstant ac secum  
perpendunt, quam potius ex omnibus eligi, quamque  
ingredi, commoditas suadeat atque utilitas: id mi-  
bi quoque contigisse video. Etenim non tritum ac  
vulgatum; neque etiam omnino singulare ac parum  
utilitatis præbens (turpe enim est difficiles habere nu-  
gas, & stultus labor est ineptiarum) sed media insi-  
stendo via, tale mihi elaborandum quæsti vi argumen-  
tum, quod utilitatem habeat cum raritate conjuna-  
tam. Verum cum vastissimus iste juris Oceanus  
tantopere undiquaque Disputationibus sit exhaustus,

A 2

ut

ut nibil fere, nisi quis post tot Homeros Iliada scribe-  
re velit, relictum videatur, merito thema aliquod  
rarum & in praxi utile, anxie quæsivi: Atque post  
tot binc indefactas objectiones, nulla se magis mihi  
commendavit, quam ULTIMARVM VOLVN-  
TATVM, materia. Sed regeris, Amice Lector!  
parum ex proposito: Cur cramber hanc, non bis,  
sed centies recoclam ad Doctorum dapes reponis? Et  
cui non dictus hic Hylas? Verum enim vero, cum  
rurum facies fere nunquam eadem esse soleat; sed ex  
varii transarum circumstantiis, variis subinde as-  
sumat figuræ, unde certa evanescatur species, ego sane  
actum egisse haud reputabor, si Testamentorum ma-  
teriam generalem & vulgarem nimis, talibus cir-  
cumscriptis linguis, & ejusmodi qualitatibus  
adauxerim, ut singularis & nova plane prodiret lo-  
boles, quam TESTAMENTVM HOLOGRA-  
PHVM RECIPROCVM nuncupare lubet.  
Sed cum argumenti difficultas non permiserit, illud  
conjunctionem & eodem plane modo tractare, placuit  
idem anatomice retecare, & tribus commodissime  
capitibus includere; quorum primum, de testa-  
mento holographo: secundum, de testamento  
reciproco agat: tertium vero, thema conjunctionem  
contineat. Eguidem Te, amice L. persuasum nolo,  
bant

bane qualemqualem meam opellam omnibus numeris fore absolutam & nullis plane laborare natus, qua tamen in presentiarum emendare, ob temporis injuriam non fuit concessum ; ratus, formosissima etiam corpora suis non carere maculis. Siquidem ipsius coeli nunquam tam suda serenaque facies est, quin eam tenuis aliqua obscurat nubecula : quare se non singula ad palatum sint, humani ingenii imbecilitati, cui multa sunt adscribenda, ignoscere : Omnimodum enim habere memoriam & penitus in nullo deficeret, divinitatis non mortalitatis est, L. 2. §. 13. Cod. de vet. jure encl. & ut cum Poëta loquar :

Si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti, si non, bis utere mecum.



## CAPVT I.

DE

TESTAMENTO  
HOLOGRAPHO.

§. I.

Quod testamentum sit testatio mentis seu voluntatis nostræ (quam intellectus dirigit:) justa sententia, de eo quod quis

A 3

post

post mortem suam fieri velit: expr. J. de Testam. ordin. juncta L. 1. ff. Qui testam. fac. possunt, manifestum est, conf. Locamer. ad d. pr. J. num. 2. Et quamvis alias vocis illius, dum proprie & stricte accipitur, quadruplicem significatum discernant interpres; quatenus (1.) accipitur pro Tabulis testamenti rubr. ff. Testam. quemad. aper. L. 16. ff. ad L. Cornel. de fals. (2.) Pro scriptura testamenti, rubr. § L. 2. § 3. ff. de his quæ in testam. del. (3.) Ut est ultimæ nostræ voluntatis justa sententia L. 24. ff. qui testam. fac. possunt L. ult. ff. de his quæ in testam. del. (4.) Abusive, quod revera nullum, vel injustum, ruptum aut irritum est. L. 2. §. 1. ff. Testament. quemadmodum. aper. vid. Colleg. jur. Argent. lib. 28. tit. 1. th. 2. Rebban. Hodeg. jur. chart. 2. clim. 2. parallel. 3. §. 7. p. m. 302. Nostamen in præsentium præscindimus, cum omnis significatus suo modo locum hichabere possit.

§. II. Holographum vero, ex nativa vocis significatione, quæ origine græca est, ita appellatur, quod totum scriptum est. Compositum enim est, ex vocabulo ὁλός. totus & γράφω scribo, unde ὁλογραφία, quod est, integrum scribo, apud Plutarchum in probl. teste Scapula in Lexico Græco sub voce γράφω legitur. Et sic quidem duplici sensu dici

Dicitur potest testamentum holographum, vulgariter  
scil. & Grammatice & legaliter ac juridice, quod  
propria testatoris manu scriptum vel descriptum  
est.

§. III. In sensu Grammatico & vulgari,  
quem tamen in juris usu applicare licebit, holo-  
graphum vocatur (1.) ratione *formae accidentalis*,  
quod *solide & extense* scriptum, atque literis *omni-  
no exaratum* est: ita enim ὁ δλον quandoque pro  
omnino item pro solidō accipi testatur Scapula  
d.l. vocab. ζλαθ. Eique opponitur testamentum  
notis seu siglis (unde Gallorum Sifras seu Schiffres  
probabiliter deducit Cujac. 3. Obs. 3.) vel signis ex-  
positum. Quemadmodum enim Justinianus quan-  
do ad evitandas ambiguitates & obscuritates, Le-  
ges notis seu siglis (de quibus vid. Cnjac. 12. Obs.  
40.) per L. 1. §. 13. L. 2. §. 22. L. dedit nobis 3. §. 22.  
Cod. de veter. jur. encl. scribi prohibet, omnia per  
consequentias literarum per d. L. 2. §. 22. manife-  
stari præcipit, seu ut Græcus textus Constitutionis  
Λεωφόρου §. 22. loquitur: ἀλλὰ μη δι ὅλος τὸς τε αἰσθήσεως,  
τὴν τε ὅλην νομοθεσίαν γραφόντων. Et Nov. 47. c. 2.  
ibi, quas liceat omnibus legere omnino syllabarum  
latinarum non ignoratis, τοῖς ὅλοις εὐλαβῶν ψωμαῖναν ἐπ  
αιεπιτήμοσιν. Ita de testamentis parentum Impera-  
torum

tor Nov. 107. c. i. diserte pronunciat, quod testator manu propria nomina filiorum, & uncias hereditatis, non signis numerorum significandas, sed per totas literas declarandas δι όλων γενουμάτων scribere debeat, ex quibus Gothofredus ad d. Nov. 47. c. 2. & Nov. 107. c. i. concludit testationem mentis nostræ inter liberos esse debere δι λογοθέματων, plenis atque protinus integris literis conscriptam. conf. Cujac. add. Nov. 47.

§. IV. Hoc itaque sensu, an omne testamentum holographum δι λογοθέματων esse oporteat? quæritur: Respondemus, distingvendo inter testamenta privilegiata & solennia seu non privilegiata: Ex privilegiatis primum locum sibi vindicat testamentum militis: & hoc non præcise holographum esse debere, sed notis quoque vel abbreviaturis voluntatem suam exponere posse militem, aperte satis constat ex L. 40. pr. ff. de testam. milit. Hillig. lib. 6. D. E. c. 28. lit. T. Coll. jur. Arg. tit. de testam. mil. tb. 10. n. 1. confer. Reusner. de Testam. p. 5. c. 10. n. 6. junct. c. 11. VV alib. 2. miscell. 12. qui exemplum militaris testamenti sic scripti subjicit: Quid vero per notas in d. L. 40. intelligendum sit? Neminem melius explicare, quam Molinæum ad L. 1. §. eadem. n. 12. seqq. Vigilium vero (qui ad §. quin-

§. quin imo. Inst. de milit. test. n. 3. intelligit signa,  
 quibus ad occultanda consilia maxime in bello  
 propter hostium insidias, milites utebantur) ea in  
 re non satis fundatum fuisse, putat Dauth. de testa-  
 ment. n. 193. Quanquam ergo alias prætor non  
 concedat bonorum possessionem secundum tabb:  
 exttestamento notis conscripto L. 6. §. 2. de bonor.  
 poss. attamen ex ejusmodi militis testamento, se-  
 cundum notariam, bonorum poss. decerni posse;  
 Cujacius 3. Obs. 3. autumat; modo constet testa-  
 mentum ita à milite esse factum. Dauth. c. loc. Un-  
 de dubitari potest: an valeat, si miles notario te-  
 stamentum scribendum notis dictavit, & ante-  
 quam literis perscriberetur vita defunctus est? va-  
 lere autem, cit. l. 40. de testam. milit. Paulus respon-  
 det: Quæri hic posset ulterius: An hoc privilegi-  
 um sit testamenti militis? an testamenti militaris?  
 vid. Locamer. adruber. Inst. de milit. testam. h. e. An  
 subjective militibus iisque solis, etiam extra expe-  
 ditionem militarem constitutis, hoc concessum sit,  
 ut alia, de quibus Struv. Exercit. 34. th. 7. 8. 9. &  
 Jurispr. for. Lib. 2. t. 16. apb. 5. num vero formaliter,  
 ita ut solum in expeditione militari & conflictu,  
 ubi solennitates testamenti alias sunt remissæ pr. J.  
 d. t. ibique DD. neque militibus tantum; sed aliis

B

quoque

quoque Struv. d. Exerc. 24. th. 4. Verum enim vero ne instituti nostri modum excedamus, prætermisso rationibus in utramque partem militibus, putaverim, esse quidem privilegium militis, arg. d. pr. f. d. t. ibi: nimiam imperitiam, d. L. 40. ff. eod. ibi: notario suo dictavit; ut tamen extra expeditionem reliquæ solennitates secundum Maximiliani Constitutionem de Anno 1412. sint adhibendæ. vid. Struv. loc. cit.

§. V. An vero & reliquæ ultimæ voluntates privilegio gaudentes, notis conferibi possint? non eadem est interpretum sententia: Certe cum hoc jus singulare sit in militibus (frustra diff. Molinæo quem notat Dauth. sup. d. n. 193. & 400. lit. D.) vix est, ut istud in consequentias trahamus L. 14. seqq. ff. de LL. quamvis testamentum ad pias causas etiam signis vel notis scribi posse, specialiter notet Tiraquell. 12. privileg. pie caus. vid. Gothofred. ad L. 9. §. 4. ff. de hered. infit. & add. Auth. Quod sine. Cod. de test. Reusner. de testim. p. 4. c. 12. num. 9. Sane testamentum parentum inter liberos holographon esse debet jure noviss. per Nov. 107. c. 1. d. Auth. Quod sine. Cod. de testim. Gudelin. de jure noviss. lib. 2. c. 4. p. m. 62. (Quod quidem Richter ad d. Auth. Quod sine. C. d. test. n. 21. restringit ad

ad substantialia testamenti; imo Vasqu. de *Succes-*  
*cess.* lib. 3. §. 21. lim. 7. n. 81. ad testamentum forma-  
le: Atque in informi testamento inter liberos h. c.  
Quod non jure comm. sed ut privilegium condi-  
tur, abbreviaturas etiam insolitas omnino admit-  
tit. vid. *Mant. de Conject. ult. vol. I. 6. t. 3. n. 3.*) utut  
antea per indicia, & notas parentibus testari,  
permisum fuisse, ex L. 1. Cod. Theod. Famil. herc.  
L. ult. Cod. cod. L. Hac consultissima. §. ex imperf.  
Cod. de *testam.* conjiciat Reusnerus de *testam.* p. 4. c.  
3. n. 16. Cujacius lib. 3. Obs. 3. item Consult. 1. conf.  
Clar. §. *Testamentum qu. 14. n. 3.* Vasqu. de *succes-*  
*cess.* lib. 2. §. 15. n. 46. segg. ubi XI. limit. Dauth. d.  
n. 400. In aliis ergo privilegiatis, quibus nunquam  
concessum fuisse legimus per notas testari, eo ma-  
gis holographiam requiri, existimandum est.

§. VI. His presuppositis facile constat, in  
solennibus seu non privilegiatis ultimis voluntati-  
bus omnino holographiam, & scripturam literis  
extensam requiri, adeoque nec civili nec prætorio  
jure elogium pagani valebit, quod notis conscrip-  
tum est. Necesse enim est testamentum conscribi  
literis, notæ autem non sunt literæ d. L. 40. ff. de *te-*  
*stamento milit.* L. 6. §. fin. de *bonor. possess.* Cujac. 3.  
Obs. 3. Dauth. de *Testam.* n. 40. Hillig. lib. 6. D. E.

cap. 7. lit. B. add. Ordinat. Imper. de A. 1512. Vom  
Unterricht der Notarien. rubr. Von Testamenten.  
§. Item Es gehöret. ibi: mit verständigen Wor-  
ten reden, oder aber schreiben können. Maxime  
vero circa numerum unciarum vel summan, ali-  
quam pecunia, numeris arithmeticis, mit Ziffern,  
exprimendam & circa substantialia vitandæ sunt  
abbreviaturæ. Dauth. d. l. Nec obstat L. 9. §. 4.  
ff. de hered. insit. ubi dicitur, quod si quis pro cen-  
tum ducenta per notam scripsisset (v. c. CC. 200.)  
valere testamentum in centum: Unde Gothofr.  
ad d. L. distingvit inter notas usitatas & non usita-  
tas: & usitatis notis etiam pagani testamentum  
scribi posse, putat. confer. Eund. ad L. 6. §. fin. de  
bonor. possess. Reusner. de testam. p. 3. c. 6. n. 6. Fern.  
Vasqu. de Success. lib. 2. §. 15. n. 49. Carpz. p. 3. C. 3.  
d. 4. Obiter hic notandum: quod clausulam  
codicillarem sub abbreviatura illa ETC. intelligi  
putet, post Nattam Consil. 660. in fin. Mantica de  
conj. ult. volunt. lib. 1. tit. 9. num. 9. modo notarius  
clausulam codicillarem sub ejusmodi nota appo-  
nere solitus sit.

§. VII. Porro in sensu vulgari dicere possu-  
mus testamentum holographum (2.) Ratione ma-  
terie objectiva: quatenus quis de omni eo, quod  
quis

quis post mortem suam fieri velit, superque universa hereditate per scripturam testatus est: quandoquidem id respectu specierum, exponitur vel totum vel universum Scap. d. voc. Atque hoc modo militem pro parte testatum & pro parte intestatum decedere posse, ex L. 37 ff. de testam. milit. apertum est. Imo cum ipse duobus testamentis simul decedere valeat, L. 19. L. 35. d. t. vid. Colleg. jur. Arg. d. t. tb. 9. quid impedit, quo minus etiam possit de una hereditatis sue parte in scriptis, de altera vero nuncupato testari? Igitur militis testamentum non omnino holographum esse oportet; quod etiam ad testamenta ad pias causas doctores extendunt. vid. Reusn. p. 4. c. 12. n. 14.

§. VIII. Quid vero de paganis dicendum? Evidenter Iure Rom. res conclamata esse videtur, quod omne testamentum scriptum debeat esse holographum, i. e. disponere super tota & universa hereditate, sive id fiat explicite, sive implicite, quando sc. rei certae mentio in testamento non holographo, ipso jure detrahitur. vid. omnino Vesenb. ff. i. de hered. inst. n. 5. ibique Bachov. Tabor. ad Colleg. jur. Argentor. eod. t. tb. 4. in fin. Siquidem jus nostrum non patitur, eundem in paganis testato & intestato decesse, quarum rerum naturaliter inter

se pugna est: L. 7. de R. I. Actus enim testandi est  
 individuus & non potest fieri pro parte, Dauth. de  
 testam. n. 55. ita ut nec pro parte adiri & pro parte  
 repudiari possit hereditas. L. 1. 2. L. 80. pr. de acqui-  
 zione vel omitt. hered. Verum affirmativa suffragatur  
 L. 6. ff. de legit. tut. verba; intestatus autem videtur  
 non tantum is, qui testamentum non fecit; sed & is,  
 qui testamento liberis suis tutores non dedit, quantum  
 enim ad tutelam pertinet, intestatus est: Ergo etiam  
 paganus pro parte testatus & pro parte intestatus  
 decessisse dici potest, synecodice sc. Et secundum  
 quid. Rebhan. hodeg. jur. pag. m. 367. vid. Dn. Schilt.  
 Exercit. ff. 38. §. 80. seqq. Quod vero in L. 7.  
 de R. I. dicitur, naturalem inter se pugnam esse te-  
 statum & intestatum; hoc non intelligendum est  
 de jure naturali; sed de natura successionis utrius-  
 que à Legislatione Romana constituta Dn. Schilt.  
 ad d. L. 7. Hinc licet apud Teutones etiam eo ca-  
 sus accrescendi obtineat. Carpzov. p. 3. Cons. 2.  
 def. 5. & 17. Moribus tamen nonnullorum loco-  
 rum, pro parte quis testatus decedere potest; vid.  
 Gudelin. de jure noviss. Lib. 2. c. 5. Perez. in Cod. de  
 hered. inst. n. 14. Dn. Schilt. Exercit. ff. 38. §. 80. seqq.  
 Plures & vel usque XXVI. limitationes d. L. 7. de R.  
 I. late recenset Dauth. de testam. n. 56. seq.

§. IX.

est  
de  
arte  
g.  
cor  
tur  
is,  
um  
am  
tus  
um  
bil  
7:  
te  
est  
us:  
ill  
ca  
2:  
co  
id  
de  
gg:  
R.  
X.

§. IX. Præterea si testamentum, quo in scriptis super tota hereditate disponitur, pro simplici specie reputetur: ista testamenta quæ à DD. Pro mixtis habentur, puta, pro scriptis partim, partim pro nuncupativis, holographa non erunt; & sic ex jure Rom. exempla testamenti pagani non holographi haberemus: quamvis opposita species simplex scripta, potius *uvovýeaφov* testamentum dici mereatur: Quale est (1.) Testamentum implicitum seu relatum, quod nonnulli vocant nuncupativum clausum, vid. *Tabor. partit. Elem. p. v. tb. 30. p. m. 75. seq. § ad Colleg. jur. Arg. lib. 28. t. 1. tb. 22. Dauth. Comment. ad L. heredes palam. 21. n. 4.* (2.) Testamentum cœci. *Vigl. ad § cœci. J. de testamento. n. 2. Dauth. de testam. rubr. qui testam. fac. poss. n. 2. 35.* Nec aliena videtur ordinat. Imp. de Anno 1512. Tit. *Von Notarien. Rubr. Von Testamenten. §. Es sollen auch ibi: Item, Mag man auch noch von einem dritten Geschlechte ein Testament darzuthun, als das gemacht wird von einem der blind ist, auch durch mündlich Aussprechen, aber doch nicht ohne Schrift. 2c.* (3.) Testamentum coram testibus nuncupatum deinde in scripturam redactum, clausum & subsignatum, quo calus non valeret ut scriptum, valebit ut nuncupati-

pativum. vid. Dauth. d.l. rubr. de Scriptura testam. n. 403. Mant. de conj. ult. volunt. lib. 1. t. 7. n. 2. sgg.

§. X. Magis hoc spectare videtur substitutio pupillaris, ubi quidem duo quodammodo videntur esse testamenta §. 2. J. de pupill. subst. Quia vero potissimum respectu testatoris unum est testamentum. vid. Locamer. add. §. 2. n. 10. Dn. de Lynker. in Anal. ibid. ita ut in iisdem tabulis fieri possit §. 3. J. d.t. & signa in testam. patris, prosint etiam ad testamentum filii firmandum, L. 20. pr. ff. de Vulg. Et pup. subst. & tamen nihilominus pater sibi in lcriptis; filio autem nuncupato testamentum facere potest, & vicissim d. L. 20. §. 1. L. 8. §. ult. de bon. poss. sec. tabb. Ideo tale testamentum quandoque holographum dici poterit, quandoque securus. Sed hæc de vulgari & improposito significatu testamenti holographi dixisse sufficiat.

§. XI. Legaliter & in sensu jurist. testamentum οἰλόγεαφον (aliis etiam ἀντίογεαφον. vid. Reusner. de testam. p. 4. c. 4. n. 14.) describitur ab Imperatore in L. 28. §. 1. Cod. de testam. quod quis sua manu totum conscripsit, Et hoc specialiter in scripturare posuit, quod bac sua manu confecit seu quod testator omne manu propria conscripsit. conf. Gotbofr. ad d.l. ibique citatum Ifedor. 4. c. 4. P. Fabr. 3. Semestr.

234<sup>p.</sup>

23. p. 344. Dn. de Lyncker. Anal. Inst. L. 2. t. 10. §. 3.  
*Coll. jur. Arg. t. qui testam. fac. poss. tb. 19. inf.* Cui  
 opponitur testamentum ἀλόγεαφον, aliena manu  
 scriptum, vid. Reusn. de test. vol. I. p. 1. c. II. num. 9.  
*seqq. Et p. 3. c. 4. n. 2. Coll. jur. Arg. d. l. tb. 4.*

§. XII. Quamvis autem Gothofredus ad  
*d. L. 28. §. 1.* Testamentum holographum & mysti-  
 cum seu arcanum synonymice accipere videatur,  
 quando post descriptionem holographi, mox sub-  
 jicit: quod eleganter Græci vocant μυστήν διαθήκην.  
 Mihi tamen verior & accuratior videtur doctrina  
 Mejeri in *Coll. suo Argent. d. t. §. 4.* quando testa-  
 mentum scriptum in genere distingvit in testamen-  
 tum mysticum, seu ipsis etiam testibus celatum, &  
 in testamentum in scriptis specialiter sic dictum; In  
 eo tamen non assentio, quando *d. l.* mysticum seu  
 arcanum subdistingvit in ὁλόγεαφον & ἀλόγεαφον;  
 nam hæc non est subdistributio speciei; sed nova  
 distinctio generis, cum testamentum scriptum in  
 genere ita distingvi possit; atque utrumque tam  
 non-mysticum, quam mysticum sit, vel ὁλόγεαφον  
 vel ἀλόγεαφον. Est vero testamentum myticum,  
 in quo solenniter secreta voluntatis conferuntur  
 nec testibus enunciantur, vid. *L. 21. pr. Cod. de te-*  
*stam.* quod sic uata τὸν μυστηρίδην τρέπον, ut ait Leo in

Nov.

C

Nov. 69. vid. Cujac. var. oper. rubr. quiteſtam. fat.  
poff. pag. m. 283. conf. Gothofr. cit. loc.

§. XIII. In holographo igitur testamento illud pro regula ponimus: Quod subscriptio vel alia peculiariſ annotatio, quæ alias ipsa testatoris manu fieri debet, non requiratur; cæteræ vero testamentorum ſolennitatis & requiſita omnino requirantur. Quamvis enim in quadam Valentiniāni Imp. Novella diſpoſitum legamus, in holographo testamento teſtes non eſſe neceſſarios, quod & Cujac. verum putat *Consulſ. 55.* niſi teſtium praefatiſtiam teſtator elegerit. Cum vero ultra Justiniane jura ad ipsius Edicta uſque, alia orientalia jura non ſint recepta, vid. *Struv. Exerc. 2. tb. 37. Dn. de Lyncker Comment. ff. lib. 1. t. 2. §. 14.* merito eidem nullam haec tenus auctoritatē tribuimus cum Reuſnero *de teſtam. vol. 1. p. 1. c. 11. n. 10.* & Gothofredo *ad L. 28. §. 7. Cod. de teſtam.* ſed potius veſtigiis & analogiæ juris Justinianei iuſſimmoſ.

§. XIV. Ex regula jam traditâ quoad teſtamentum ſolenne, duo eliciſimus conſectaria; quorum priuim heredis iuſtitionem reſpicit: Niſi rūm, non poterat, quoad heredis iuſtitionem, à teſtatore literarum imperito Inſtitut.

stitut. & Codicis jure testamentum mysticum fieri;  
 siquidem omnis heredis nomen, aut per manus te-  
 statoris, aut testium exprimendum erat §. 4. *J. de*  
*testam. ordin.* quamvis saltim in sua subscriptione  
 vel in quacunque testamenti parte illud ponere po-  
 tuerit L. 29. *Cod. de testam.* Secus ac in testamen-  
 to holographo, quippe quod, cum totum manu  
 testatoris conscriptum sit, non indiget speciali vel  
 testatoris vel testium annotatione; sic enim juxta  
 d. L. 29. *vers. oportet*, ex literis testatoris heredum  
 nomina manifestantur: *Enim vero quia odiosum*  
*erat & periculosum, extremam de hereditate vo-*  
*luntatem tam multis testibus relinquere. Mysing.*  
 ad d. §. 4. *J. de testam. ord. n. 12.* Ita ut vel ipse Im-  
 perator agnoverit, ex hujusmodi subtilitate pluri-  
 ma testamenta fuisse destructa; ideo d. L. 29. &  
 30. *Cod. de testam. per Nov. 119. c. 9.* correctas, libe-  
 roque testatoris arbitrio relictum, legimus, cuius-  
 enque manu nomen heredis exprimi velit; *conf.*  
*Barry tract. de success. test.* & *intest. l. 1. t. 1. n. 4. vers.*  
*sextum*, idque etiam in *Cod. d. t. protinus authen-*  
*ticarum collector moneret*, *conf. Nov. 66. c. 1. §. 1. it.*  
*Constit. Imp. de Anno 1512. von Notarien. §. Nun-*  
*die Form. ibi: von desselben Testirers, oder ei-*  
*nes jedey andern Hand &c.* Atque hoc obtinet,

etiam si testator literas noverit, Schulz. *Synops. Inst. de test. ord. lit. C.*

§. XV. Alterum consectorium, quod ex supra posita regula fluit, subscriptionem testatoris respicit. Inter cæteras enim solennitates & illud requiritur, ut testator ipse manu sua subscribat testamentum L. 28. §. ult. *Cod. de testam.* aut si scribere nesciat, octavum adhibeat testem d. L. 28. §. ult. L. 21. *Cod. d. t. Reusn. de testam. p. 3. c. 26. n. 3.* quod etiam d. Constit. Imp. von Notarien. Tit. von Testamenten. §. die Form eines Testaments. post medium innuit, &, quod consultius, singulis testamenti paginis subscribat Schulz. d. l. Modum & formulam, præsertim testamenti arcani, præscribit Speculator seu Durand. lib. 2. p. 2. t. de instrum. edit. §. compendiose. n. 40. Quod si vero testamentum sit holographum, hac speciali testatoris vel octavi testis subscriptione haud est opus, d. L. 28. §. ultim. Struv. Exerc. 22. th. 10. *Dn. de Lyncker. in Anal. ad Inst. lib. 2. t. 10. §. 3.* Paria enim sunt, propria manu scribere testamentum, vel ei manu alterius scripto subscribere. Carpz. p. 3. Const. 4. d. 18. num. 2. Reusn. de testam. p. 4. c. 4. n. 15. Id quod non est proprium testamentorum, sed & alias in contrahibus & obligationibus holographa obligatio manu

manu debitoris scripta, & quipollat instrumento  
lubscripto. vid. Brunnem. p. 1. Decis. 5. Dn. Stryk.  
in Not. ad Comp. Lauterb. tit. defid. Instr. p. m. 661.  
verb. totum instrument. Fern. Vasqu. de success.  
creat. l. 2. §. 14. n. 81. seq. & de success. resol. l. 2. §. 17.  
num. 43. seqq.

§. XVI. Neque minus in testamento pri-  
vilegiato parentum inter liberos holographia &  
quipollat lubscriptioni ; hoc enim propria manu  
parentis perspicue & absquenotis, expresso anno  
& die, scriptum L. 21. §. 1. & Auth. Quod sine Cod.  
de testam. vel saltem subscriptum. vid. Mev. adjus  
Lub. p. 2. t. 1. art. 2. num. 21. testes nullos desiderat.  
Carpz. p. 3. Conf. 4. def. 17. & 18. Adeoque sche-  
dula à patre tota scripta vel tantum subscripta valet  
in vim testamenti. Reusn. de testam. p. 4. c. 3. n. 18.  
conf. Struvii notas ad Anton. Matth. de Success. c. 2.  
apb. 12. Quamvis autem Reusner. d. p. 4. c. 4. n.  
17. seq. moneat : subscriptionem non debere esse  
nimis generalem, sed simul mentionem fieri opor-  
tere testamenti, quod etiam urget Hartm. Pst. p. 1.  
92. 1. n. 7. apud Carpz. d. def. 18. n. 4. Ipse tamen  
Carpz. cit. l. n. 3. cum aliis contrarium docet ; &  
communem subscriptionem sufficere cum Richt.  
Auth. Quod sine Cod. de testam. n. 11. afferit Lau-  
terb.

terb. *Comp. ff. Lib. 28. t. 1. p. m. 502. in fr.* Illud sane certum est, cum ea quæ abundant, non vident scripturam *L. 94. ff. de R. I.* valebit nihilominus testamentum parentis holographum, utut simul à testatore sit subscriptum & vel in utiliter: ne utile vietatur per inutiliter. *c. utile. de R. I. in 6to. Reusner. de test. m. . 4. c. 4. n. 15. seqq.* Denique adhuc illud non idem, quando hic nomina heredium, portiones hereditatis, & dies adscribi debere dicitur: *Accursium & Bartolum id male restringere ad testamentum holographum; neque melius Barbatiam Consil. 58. lib. 4. n. 4. ad testamentum ab alio scriptum, quod pater non subscriptit.* vid. *Reusn. d. c. 4. n. 23. seqq.*

§. XVII. Illud quoque indubitate juris est, tale testamentum privilegiatum holographum, non nisi quoad liberos valere; extraneas vero personas in eo neutiquam heredes institui posse. *d. L. 21. §. 1. in fin. Cod. de testam. Nov. 107. c. 1. Donell. lib. 6. c. 9. Gail. 2. Obs. 112. n. 7. Matth. de testam. Disp. 2. th. 11. Imo ne quidem Legata & fidei commissa recte relinquuntur uxori aut extraneis personis, nisi duo saltim fuerint adhibiti testes. vid. *Gadel. de jure noviss. lib. 2. c. 4. circa fin. vers. se quis querat. H. Harim. practic. Obs. 5. t. 38. Carpz. p. 3. confit.**

confit. q. def. 19. seq. quamvis cum Richt. Dec. 29.  
 n. 89. quadam tenus dissentiat Struv. Exerc. 32. tbes.  
 19. Quid vero si pia causa in eo quid sit relictum?  
 Ne quidem pia causa favore, schedulam testatoris manu scriptam aut subscriptam, valere ut testamentum, docet Reusner. d. tr. p. 4. c. 12. n. 12. add.  
*Panscbm. lib. 2. qu. præl. 8.* Atque hoc non solum in parentum testamento, sed in aliorum quoque ultimis voluntatibus holographis, quibus pia causa quid relictum est, observatur; neque valet arg. ex Auth. *Quod sine Cod. de testam.* cum diversa sit ratio liberorum, quibus alias ab intestato debetur hereditas. Reusner. d. l.

§. XVIII. Diximus supra th. 15. odiosum atque periculose esse, extremam de hereditate voluntatem tam multis testibus relinquere, quod evenit, quando LL. testamentariae requirunt, ut testamentum scriptum, coram testatore & testibus reglegatur. L. 29. Cod. de testam. Sand. lib. 4. tit. 1. d. 5. idque non solum ut fraus & falsitas scriptoris evitetur, & fides instrumenti certior & plenior eluceat; sed & ob eam præcipue causam, ut constantia voluntatis quasi ex geminatione actus illius in testatore appareat. vid. Reusn. d. tr. p. 3. c. 9. num. 2. seqq.  
 Sufficit tamen si testator profiteatur coram testibus,

bus, hoc esse testamentum suum; licet non dicat sibi id esse prælectum; add. *Besold. Consil.* 203. *Dn. de Lyncker. Anal. Inst.* Lib. 2. t. 10. §. 3. modo testator literas calleat, ut saltim legere ipse potuerit; alias nequidem judiciale absque prælectione valebit. *Carpz. p. 2. Decis.* 149. Cæterum prælectionem istam in testamento holographo quod ingle testator totum scripsit, non desiderari, cum aliis testatur *Reusn. d. c. 9. n. 20.*

§. XIX. Exinde colligere est, quod surdo, utut per mōrbū supervenientem tali, vix liceat in scriptis testari, si literarum sit ignarus. *arg. L. 10. Cod. qui testam. fac. poss.* Alia est ratio in testamento muti, quippe quod illud huic secundum eius voluntatem ab alio conscriptum, omnino coram testibus prælegi possit. Cæterum si mutus ingle literas calleat, totumque testamentum sua manu conscriperit, quin jure communi valeat ipsius testamentum, dubitare nos prohibet Imperator *icit. L. 10. in fin.* Immo nec in surdo, sive discretum fuerit infortunium, sive concurrens, aliter statendum esse videtur per *d. L. 10. ibi:* *E* vocem abstulit *E* aures conclusit: si ponamus ejusmodi personam literas scientem, omnia qua priori interdiximus, hac ei sua manu scribenti permittimus. Cessat igitur in

in testamento holographo muti & surdi prohibi-  
tionis ratio ad L. 10. Reusii. de testam. p. 2. c. 18. n. 4.

§. XX. Etha etenim dicta maxime quidem,  
quæ privata fide conduntur testamenta, concer-  
nunt: Publica fide testamentum fieri solet, vel per  
oblationem principi factam, vid. L. 19. Cod. de te-  
stam. vel apud cuiuscunque magistratus acta ulti-  
mam voluntatem exponendo. Et quidem utro-  
bique testatoris præsentiam requiri, maxime si aliena  
manu sit conscriptum testamentum, nullum  
fere habet dubium, Carpz. Dec. 293. de judiciali.  
vid. Eund. p. 3. const. 3. def. 23. seqq. Quid vero di-  
cendum de testamento holographo? Evidem  
per ea, quæ tradit Struvius Exerc. 32. tb. 9. dicen-  
dum foret, testamentum holographum quia sic  
constat vel probari potest, illud esse defuncti vo-  
luntatem, non solum per ipsum testatorem, sed et-  
iam per intermedium personam principi posse of-  
ferri, quia tamen Dauth. ad L. 19. Cod. de testament.  
Finckelth. de testam. Disp. 3. qu. 6. Carpzov. Decis.  
293. & DD. communiter indistincte requirunt, ut  
quis præsens offerat principi preces & testamen-  
tum insertum, & ipse Struvius ad l. usum fori, per-  
inde ut in testamento judiciali contrarium sibi pu-  
tat: ideo & nos tutiorem viam credimus, ut ipse  
testator

D

testator

testator testamentum suum ut ut holographum,  
manibus principis vel secretariorum insinuet; tan-  
toque magis in judiciali testamento holographo  
præsentiam testatoris necessariam esse putamus per  
ea, quæ tradit Reusner. de testam. p. 4. c. 19. num. 21.  
seqq. Moller. 1. semestr. 5. Carpzov. ad. II. Berlich.  
Decis. 94.

§. XXI. Testamentum holographum ra-  
tione cateriarum solennitatum quidem imperse-  
stum; quoad voluntatem vero testatoris omni-  
bus numeris absolutum, ipseque heres manum te-  
statoris agnoscens, voluntatemque defuncti sciens:  
An ad ejus observantiam ex rat. §. f. J. de fidei comm.  
hered. & L. f. Cod. eod. saltim in conscientia obliga-  
tus sit heres? vexata, tum inter moralistas, tum  
LL. nostrarum DD. quæstio est. Et quamvis  
Reusner. de testamentis p. 1. c. 4. num. 29. Fachin. 4.  
controvers. t. 5. aliqui etiam nostri temporis J. Cui  
magni nominis heredis conscientiam absolvere  
nolint; solidis tamen rationibus usuque fori con-  
trario solatur eum, Struvius Exerc. 32. tb. 16. qui  
per inutilem defuncti holographiam auferri sibi vel  
imminvi hereditatem jure delatam non posse cre-  
dit. conf. Engel. Colleg. jur. Can. l. 1. t. 2. §. 3. n. 54.  
seqq. item Osland. p. 3. cas. conse. c. 5. Puffendorff. l.  
4. J.

4. J. N. c. 10. n. 7. seqq. ap. Dn. de Lyncker Anal. ad Struv. d. th. 16. quicquid sit, quod generolum esse dicat contrarium Pufendorffius. Interim juxta mores Lotharingia Alsatia &c. ex holographo heredem in possessionem mitti posse, affirmat Schilter. Exercit. ff. 2. §. 24.

§. XXII. Tandem quod contraria testamenti holographi attinet, ea cum cæteris testamentorum speciebus fere sunt communia; sic infirmatur testamentum prius holographum per posteriorius non holographum vel autographum, modo alias posteriorius, tam ratione voluntatis quam solennitatum fuerit perfectum; Quid si vero istud clausula codicillari munitione fuerit? Evidem clausula hæc sanat quidem defectum solennitatis, arg. L. 29. §. 1. quia testam. fac. poss. L. f. §. 1. Cod. de Codicill. inutilis tamen omnino est, si nec requisita ultimæ voluntatis adfuerint, quæ ad Codicillos alias sunt necessaria. arg. L. 17. de jure codicill. Turret. de effetu claus. codicill. q. 103. Quid si vero in testamento posteriori holographo instituti sint, qui alias ab intestato essent successuri; maxime si in priori solenni testamento exheredatus fuerit filius, in posteriori autem non solenni holographo ipse instituatur heres? Sane etiam imperfectum testamentum

posteriorius istis casibus rumpere prius, appareat ex L. 2. de injust. irrit. rupt. testam. L. 12. eod. L. 12. §. 1. de bonor. poss. contr. tabb. L. 21. §. 3. Cod. de testam. ita ut tunc illa voluntas non valeat quidem ut testamento; sed jure singulari ut quædam hereditaria distributio; nec firmitas testamenti attendatur, sed mutatio voluntatis, quæ constanter facta ceneretur propter affectionem, quam regulariter in cognatos habemus. conf. L. 24. §. 1. de adim. legat. Struv. Ex. 32. tb. 41. Cum tamen etiam in ejusmodi minus solenni ultima voluntate V. requirantur testes, d. L. 2. Struv. c. l. ideo nudum testamentum holographum non rumpere prius, nisi posteriorius fuerit inter liberos, verius videtur, sicuti in terminis consult Cujac. Consult. 55. Et tantum de testamento holographo simplici!

## CAPVT II. DE TESTAMENTO RECIPROCO.

§. I.  
**D**e testamento holographo separatum cum ergerimus præcedenti capite, quantum ad præfens

sens institutum sufficere videtur, nunc etiam de re-  
ciproco, abstrahendo ab holographia non nihil,  
hoc capite dicemus: Sic enim ex simplicibus eo  
facilius disjudicare licebit de utriusque mixtura in  
capite sequente. Atque ne citra verborum corti-  
ces occupati, rerum nucleus levius degustare co-  
gamur; protinus ad potiores quæstiones oculum  
convertemus.

§. II. Possemus vero & hic, dupli ratione considerare testamentum reciprocum: (1) Quod ad subiectum *passivum*, quatenus unus quidem testator plures heredes instituit eosque invicem reciprocè substituit: Nam cum heredis institutio sit forma, caput & fundamentum totius testamenti, §. ante heredis 34. *J. de Legat.* quidni ex reciproca heredum institutione mutuaque substitutione testamentum appellare liceret reciprocum? (2) In sensu magis recepto, respectu subiecti *activi* testamentum reciprocum dicimus, quando duo testatores mutuo sese heredes instituunt iisdem praesertim tabulis.

§. III. De illa quidem reciproca substitutiōne, (de qua p̄æ cæteris videatur Fern. Vasquis de Success. progress. l. 2. §. 19.) variæ quidem, variæ argumenti & ponderis quæstiones, discussiōnē

D 3 forent,

forent, veluti : Quando reciproca substitutio differat à compendiosa ? Covarr. ad cap. Rainut. §. 91 n. 4. An reciproca substitutio filiis partim puberibus partim impuberibus facta, comprehendat substitutionem pupillarem, & an ad filiorum heredes transeat ? Thöming. Dec. 25. Mant. de Conj. ult. vol. l. 5. t. 8. Fr. Vivius 2. Decis. 397. An reciproca fideicomissa possint remitti ? L. 11. Cod. de transact. ibique Gloss. & DD. Si in testamento legantur tantum substitutiones reciprocae, an institutio tacite subintelligatur ? Daubh. de testam. rubr. de instit. ber. n. 335. 397. Ex quibus conjecturis substitutio fideicommissaria comprehendatur in reciproca ? Mant. de conjectur. ult. vol. l. 7. t. 4. conf. Vasqu. de success. progress. l. 2. §. 11. num. 9. item, ex quibus conjecturis inducatur reciprocum fideicommissum. Idem d. l. t. 5. An fideicommissum reciprocum adjungi possit legitimæ ? Vasqu. de success. creat. l. 1. §. 10. n. 174. 250. it. de success. resol. l. 3. in Leg. si pater puelle Cod. de inoff. testam. n. 1. & simil. Verum enim vero ne à scopo longius aberremus, hæc primis labris tetigisse sufficiat.

§. IV. De famosiori itaque testamento-  
rum reciprocorum specie illa, qua duo, aut plures  
mutuo sele heredes instituunt, heic potissimum  
nobis,

nobis, quantum ob temporis penuriam fieri pot-  
est, agendum erit, quod an? & quo jure permis-  
sum sit? ante omnia perlustrandum venit. Enim  
vero Reusnerus de *testam.* p. 1. c. 11. n. 14. jure Rom.  
regulariter reprobatum esse; quia votum captan-  
dæ mortis induceret & libertatem testandi quadan-  
tenus auferret; affirmat: eamque in rem adducit  
Peckium de *testamentis* lib. 1. c. 8. qui tamen citato  
loco potius de pactis successoriis agit, & ipse Reus-  
nerus promiscue de testamento reciproco & pactis  
reciprocis agere videtur, quando *cit. l. n. 15.* mori-  
bus & consuetudine hodie aliud receptum esse di-  
cit, qua valerent ejusmodi pacta & statuta gentili-  
tia &c. Et sane petitio principii est, quando Reus-  
nerus generaliter putat, reciprocum testamentum  
inducere votum captandæ mortis, & impedire li-  
bertatem testandi. vid. L. 71. pr. L. 81. §. 1. de hered.  
*instit.* Dn. de Lyneker. *Anal. ff.* lib. 28. tit. 5. ib. 8.  
Non enim dici potest captatoria voluntas in qua  
duo se invicem heredes instituunt simpliciter, affe-  
ctionis causa potius, quam mutuæ nuncupationis  
ergo. Covarr. tom. 1. de *testam.* ad c. 13. n. 1. conf.  
Dauth. de *testam.* rubr. *Efficiens testament.* num. 24.  
seqq. Cujac. 16. Obs. 11. Coras. s. miscell. 13.

**§. V. Evidem moribus nostris inter con-  
juges**

judges reciprocā testationem unis tabulis fieri posse usu fori comprobatum dant, totū Ctorum documenta. vid. Myns. 1. Obs. 8. ibique Fabric. in addit. Gail. 2. Obs. 117. Andler. Dec. lib. 2. t. 5. n. 32. Finckelth. Obs. 90. Carpz. ad Conſtit. El. Sax. 43. part. 2. An autem inter alios quoque testamenta plura in eadem charta fieri possint? Non convenit inter DD. Negativam adstruit Ant. Matthæi de Success. c. 1. §. 22. & vix ultra coniuges eum testandi modum admittit Vigil. Zuichem ad §. sed & unum Inſt. de testam. ord. n. 2. seq. eo quod absurdum sit tabulas, altero testatorum adhuc superflite, publicari; neque jus speciale quo in testamento patris, cui adiecta substitutio pupillaris, simplex solennium exhibitio concessa est, trahi posse in consequentias &c. Alii vero simpliciter affirmant, plures in uno testamento testari posse. Lauterbach. in Compend. ff. qui testam. fac. poss. p. m. 486. ibique Dn. Stryck. in Not. Franzk. 2. Resol. 11. Carpz. p. 3. Conſtit. 7. def. 12. n. 1. Dautb. de testam. ad L. 24. de testam. n. 2. it. rubr. de mut. testam. potest. n. 84. Peckius de testam. conj. lib. 1. c. 19. (ubin. 3. addubia Vigilius respondet.) Svarez. theſ. recept. Sentent. lit. T. n. 71. Clar. de testam. qu. 60. & plures ap. Reusn. de testam. p. 1. c. 2. num. 18.

§. VI.

§. VI. Cum itaque ea, quæ sit interconjunctio frequentissima sit testamentorum reciprocorum species, ideo de ea quoque nobis præcipua erit tractatio, unde de ceteris speciebus suis terminis facile deinceps argumentari licebit: Evidem cum per omnia libera esse debeat testandi facultas, & voluntas nullis supposita insidiis; adeo ut nequidem ad alterius conjugis interrogationem conditum testamentum, valere, Carpzovius statuat p. 3. Conf. s. d. 6. multo minus, si uxoris sollicitationibus mariti flagitata, ad domum amici se recipiat, ibique testamentum conficiat adjectis clausulis derogatoriis, domumque reversa ad arbitrium viri illud scribat, illud valebit, cum dolo ad id inducta presumatur. Berlich. p. 3. concl. 7. n. 13. Quid vero si expresse hoc actum fuerit, ut alter alterum vivissim heredem institueret; an mutari ab alteretro possit testamentum? Et posse mutari, decidit Brunnem. 2. Decis. 24.

§. VII. Materiam objectivam testamenti reciprocis spectemus, duo sunt testamenta & diversa, licet iisdem tabulis comprehensa: siquidem de duabus hereditatibus disponunt, & proinde Notarium pro confectione testamenti reciprocis duplex exigere posse salarium, affirmat Carpzov.

P. 3. *Conf. 7. d. 22. Finekelth. Obs. 90. n. 7.* Unde  
an in iis locis, ubi pro quolibet testamento reipubl.  
aliquid penditur, gabella duplicari debeat? vid.  
remissive Peck. de *testam. conjug. l. 1. c. 19. in fin.*

§. VIII. Formam vero si intueamur, unum  
quidem testamentum esse videtur testatio recipro-  
ca, quippe iisdem, ut simplex testamentum, solem-  
nitatibus contenta; hac tamen moderatione ad-  
hibita, ut rogatio Notariorum & testium de duobus te-  
stamentis expresse institui debeat, *Reusner. de te-*  
*stam. p. 1. c. 2. n. 18.* alias vel XIV. testes requiri; vel  
VII. testes in subscriptione, se utrinque testatoris  
nomine subscribere, fateri debere, commentat  
*Hopp. in Comment. Inst. l. 2. t. 10. §. 13. conf. Fabric.*  
*ad Mynsing. r. Obs. 8. ampl. 2.* De cætero non so-  
lum utrinque per modum ultimæ voluntatis; sed  
& ab alterutra parte per modum contractus, reci-  
procam heredis institutionem fieri posse probat  
*Dn. de Lyncker. in Anal. ff. l. 28. t. 3. thef. 43.* add.  
*Dn. Schilt. Exerc. ff. 39. §. 57.* Evidem si testa-  
mentum reciprocum sit factum, & codicilli postea  
conficiendi, in testamento isto confirmati, conti-  
neant in quo laderetur alter conjux, codicilli non  
sunt trati. *Brunnem. 4. Decis. 27.* Quanquam alias  
in testamento conjugum reciproco æqualitas  
hanc

haud requiratur. Berlich. p. 1. Dec. 91. Unde valet testamentum reciprocum, in quo maritus uxorem in sola portione statutaria instituit. Brunnem. 3. Decis. 23. Ut ut vel citra ejusmodi reciprocam institutionem conjuges se invicem portione statutaria regulariter privare non possint. vid. Carpzov. P. 3. Const. 7. d. 2. seq. Berlich. p. 3. concl. 9. Nec uxor consentiens in testamentum mariti, protinus renunciasset portioni statutariae censemur. Dn. de Lyncker. Decis. 253. p. m. 328. Denique notandum, quod etiam in testamento reciproco servanda sint jura institutionum & præteritionum personarum necessariarum, Idem Decis. 430.

§. IX. Quid vero statuendum de eo testamento reciproco, quo disponitur de dividendo eo inter utriusque conjugis cognatos, quod post mortem ultimo decedentis supersuerit? Eleganter calum decisum refert laudatus Dn. de Lyncker. Decis. Jenens. p. 2. Dec. 620. his verbis: Veronica hatte mit ihrem Eheherrn ein Testamentum reciprocum aufgerichtet, dieser stirbt erst, die Veronica hernach: vor ihrem Tode aber hatte sie etliche Kästen ihrer Schwester zugeschickt, und diese Gedachte die ihr zugesandte Stücke zum Voraus, ex capite donationis inter vivos, gegen ihres

E 2

Schwa-

Schwagers Freunde zu behaupten; Dieweil nun das Testament in diesen Formalien bestünde: Wenn die Veronica ihren Herrn überleben, und sodann die Welt gesegnen würde, so hat sie auf solchen Fall gleichfalls beständig gesetzt und verordnet, daß sodann diesenigen Güter und Stücken, an Mobilien und Immobilien, was sie von ihrem Eheherrn, sowohl Vermöge dieses Testaments, als auch, besaße der zwischen ihnen aufgerichteten reciprocirlichen Donation, erlanget, und zur Zeit desfalls noch übrig, und vorhanden sind, zur Helfste, auf ihres Eheherrns Freundschaft, wiederkommen und fallen sollte. So war der Veronica Schwester Vorgeben, wenn Sie die Donation würde erweisen können, gegründet; und mussten des Mannes Freunde, dieselbe nichts desto weniger mit in das Übrige zu gleicher Theilung lassen. Mens. Sept. 1687. nach Rösteriz.

§. X. Ulterius quæritur: Si in testamento reciproco, alteruti conjugum omnia bona relinquuntur: An alterius defuncti cognati seu heredes ab intestato, quartam falcidiam detrahere possint: Quod negamus, maxime si heredes ab intestato tales sint, quibus nec alias legitima debetur. Carpz. p. 3. Conf. i. d. II. vid. Dn. de Lyncker.

p. I.

p. 1. *Decis. Jenens.* 174. cessat enim ratio L. falci-  
dia; cum testamentum conjugum reciprocum  
per tradita Berlichii part. 1. *Decis.* 91. num. 2. &  
Gail. 2. *Observ.* 40. num. 7. sit donatio remune-  
ratoria, in qua non locum habet falcidia, *Schnei-*  
*devv.* ad §. f. *Inst. de L. Falcid.* num. 17. *Carpz.*  
*d.l.inf.* & alias reciprocationis favore multa in jure  
admittuntur. *Thöming. Dec.* 57. n. 6. Quid si con-  
juges in testamento reciproco utriusque familie  
cognatos heredes instituerint? an quæque familia  
ex semisse instituta censebitur? negandum vide-  
tur: cum partibus in testamento non expressis, ra-  
tio successionis ab intestato servetur: sed affirmati-  
vam tuetur, *Richt. p. 1. Dec.* 37. n. 12. seqq. restringit  
vero eam *Carpz. p. 3. C. g. d. 15. n. 4.* si testator per  
particulam æque vel simul voluntatem suam expo-  
suerit: contrarium tamen uberioris propugnat  
*Richt. d.l.n. 15. seq.*

§. XI. Nimirum testamenti reciprocí effe-  
ctus est: Quod post utriusque conjugis mortem  
bona testatorum ad cognatos eorum, jure fidei-  
commissi transferantur *Carpz. p. 3. C. 7. d. 18.* atque  
utriusque conjugis proximiores cognati æque in-  
stituti, in capita succedant. *Carpz. c.l. def. 20.* ita ta-  
men, ut juxta §. præced. utraque cognatio semis-

sem capiat : Unde sicut alias heres fiduciarius, fideicommissariis, de fideicommissio solvendo cautionem tenetur præstare L. 1. seq. L. 15. §. f. ut Legat. vel fideicomm. causa caveatur. Struv. Exerc. 36. th. 50. seq. Ita etiam testamenti reciprocis superestes conjux, defuncti conjugis cognatis de præstandis fideicommissis satisdare tenetur. Carpz. d. l. def. 19. Neque illud hic prætermittendum, quod ex testamento reciproco conjugum, heredes siant aetate primo, qui ante ultimum morientem dececessere : adeoque si maritus cum uxore sua, hoc modo reciproce testaverit : ut post relictæ viduæ mortem, fratres sui reciperent hereditatem : mortuis quidem ante viduam, illorum tamen heredes seu liberi ad fideicommissum admittuntur. vid. Dn. de Lyncker. p. 1. Decis. Jen. 324.

§. XII. De contrariis testamenti reciprocis ultimo loco quadam monenda veniunt. Unde prima fronte frequens haec exsurgit quæstio : An testamentum reciprocum ab uno conjuge etiam post mortem alterius possit revocari ? Quam quidem per dubitandi & decidendi rationes late ventilat Finckelthusius Observ. 90. eamque affirmative simpliciter tuetur Mynsing. Cent. 1. Obs. 8. ibique Fabric. in addit. conf. Gail. 2. Obs. 117. quod & se-  
cundum

cundum juris Romani rigorem admittit Schilt. Ex-  
erc. ff. 39. tb. 57. juxta regulas vero juris naturae ge-  
neraliter negat. Nobis autem duplici distinctio-  
ne commodissime haec quæstio enodanda videtur.  
Et primo quidem videndum, an testamentum il-  
lud reciprocum fuerit *absolutum*; an *correspecti-  
vum*? Illud utique potest revocari, etiam re non  
amplius *integra*, & altero testamento licet per mor-  
tem unius conjugis confirmato; hoc vero quia  
ex subsistentia alterius dependet Mev. part. 2. ad  
Jus Lubec. t. 1. art. 10. n. 36. seq. A. Fab. lib. 6. Cod.  
t. 5. defin. 18. ab altera parte sola mutari vel revoca-  
ri nequit. Struv. Ex. 32. tb. 43. Agnoscit & hanc  
distinctionem Dn. ab Andler. Decif. lib. 2. t. 6. n. 33.  
seq. & Berlich. 1. Dec. 92. n. 5. Neque solidi quid  
habet Brunnemannus 2. Decif. 24. n. 4. seq. cur eam  
reprobaret. vid. Dn. Lyncker. in Anal. ad Struv.  
d. thes. 43. falsa enim est hypothesis, quod mutua  
conjugum dispositio pro captatoria sit habenda;  
Vide Eund. Anal. ad t. ff. de bæred. instit. tb. 8. Se-  
cundo distingendum putamus: An uterque con-  
jugum per modum *ultimæ voluntatis* disposuerit?  
An vero alteruter per modum *contractus* consen-  
serit, & se se obstrinxerit dispositiōni alterius conju-  
gii super utriusque bonis? Isto casu itidem subsi-  
dit

stic revocatio s. mutatio à superstite conjugi suscep-  
pta, saltim ratione bonorum à se provenientium,  
*Carpz. p. 3. Const. 2. def. 11. 12. Struv. c. l. altero et-*  
*iam conjugi adhuc vivente & invito. Gilken. ad L.*  
*15. Cod. de pactis. n. 14. Richter. p. 1. Dec. 26. n. 19.*  
*ita ut suam partem alienare vel de ea pro libitu dis-*  
*ponere & testari possit. Id. Dec. 22. n. 17. & Dec. 37.*  
*n. 16. Hoc vero casu, ubi in modum contractus*  
*se obstrinxit, irrevocabile habetur testamentum.*  
*Carpz. p. 3. Const. 2. d. 13. Quod tanquam caute-*  
*lam commendat Berlich. d. Dec. 92. num. 6. Quæ*  
*doctrina, utut teste Dn. de Lyncker. in Anal. ad*  
*Struv. d. 1b. 43. apud Saxones & plures Jctos alios*  
*recepta sit; nihilominus à Brunnemann in dubiu-*  
*m vocata est d. Dec. 94. n. 6. contendente, nulla*  
*hanc doctrinam nisi ratione; & contra L. ult. Cod.*  
*de pactis. conjugem contentientem se testandi po-*  
*testate privare: Et tamen rationis affatim refert*  
*Berlich. c. l. n. 7. atque n. 11. seqq. Brunnemanni re-*  
*primit dubia. Illud demum certum est; ubi alias*  
*eiusmodi testamentum revocabile est, ne juramen-*  
*tum quidem huic revocationi obstat. Mynsing.*  
*& Brunnem. dd. ll. Franzk. 2. Resol. 11. seqq.*

CAFVT

## CAPVT III.

DE

TESTAMENTO  
HOLOGRAPHO RECIPROCO.

§. I.

Præcognitis simplicibus testamentorum generibus, holographo sc. & reciproco, nunc eo facilius de utriusque mixtura judicare licebit; Illud tamen præmonendum esse duxi, hoc capite præ- primis agendum esse de testamento holographo legaliter accepto, h.e. quod totum testatoris manu conscriptum est; neque reciproca substitutio nobis hic adeo curæ erit, sed de institutione reciproca qualisqualis erit tractatio.

§. II. Verum vero, cum nobis neutiquam sermo sit, de distinctis testamentorum tabulis, in quibus duo vel plures mutuo se heredes instituunt; sed de eo in quo plures in una charta vel membrana voluntatem suam exponunt: Ideo ante omnia in limine extricandum erit, qua ratione dici possit testamentum reciprocum holographum: Aut enim uterque testatorum voluntatem suam propria manu exponit: Et sic, cum non sit eadem manu to-

F

EUM

tum conscriptum, non videtur dici posse holographum, & contradicatio velut in adjecto esset, testamentum pro parte holographum: Aut unus testatorum una alterius voluntatem sua manu exprimit: & nec hoc quidem holographi nomine venire posse videtur; cum holographum testamentum sit, quod testator propria manu totum conscripsit. At vero utrumque haud inepte holographum dici existimamus: Illud quidem ideo, quia in testamento reciproco duo sunt testamenta Carpz. p.3. Conf. 7. d. 21. n. 12. quorum utrumque, cum perfectum totumque esse oporteat; utrumque etiam manu testatoris sit scriptum: quid impedit vocare holographum? Hoc vero, quod sc. una & sola alterius testantium manu concipiatur, holographum non minus dici potest, quippe definitioni in th. 10. c. 1. traditæ per omnia conveniens.

§. III. Ut vero à testamentis reciprocis holographis eo magis exulent fraudes, quæ facile iis strui possunt; in primis constare necessum est, tale testamentum utriusque conjugis voluntate esse consecutum, & utriusque testatoris manu conscriptum; & nisi alias testatorum manus sit conspicua; consultum fore, ut in præsentia testium conscribatur, commendat Stryk, in Notis ad Comp. Lanterb.

tit.

tit. quia testam. fac. poss. verb. totum. p. m. 701. Unia  
de non solum à marito ; sed & ab uxore cæteræ te-  
tamenta iæ solennitates pari modo sunt observan-  
dæ : ut v. c. testes ab utroque rogati in subscriptio-  
ne utriusque testatoris mentionem faciant. vid.  
Hopp. ad §. 13. f. de testam. ord. Imo nec principi-  
vel judici aliter insinuari posse, quam utroque con-  
juge prælente, & voluntatem suam approbante,  
ex supra traditis c. 1. §. 22. verum est.

§. IV. Cæterum an in tali testamento reci-  
proco, à solo testatore marito conscripto, & vel  
ab uxore generaliter subscripto, imo judicialiter  
insinuato, valeat heredis institutio, fideicommis-  
sum, legatum &c. ab uxore ipsi relictum ? Haud  
exigui momenti quæstio est. Pro cuius affirmati-  
va facere videtur : quod juribus permisum sit, ut  
conjuges testamentum simul in iisdem tabulis con-  
dant, seque reciproce heredes instituant, & talia te-  
tamenta unis solennibus expediri possint, arg. L.  
19. Cod. de pact. ibique Bald. Salicet. Castrens. &  
DD. comm. Oldrad. consil. 174. Gail. 2. Observ. 117.  
Maxime cum subscriptio uxoris fraudem exclude-  
re videatur, cui insuper fides judicialis accedit: At-  
qui in præsentia judicis & scabinorum etiam ipsum  
actuarium suis quid recte adscribere posse, deci-

sum, refert Dn. de Lyncker. p. 2. Decis. Jenens. 651.  
Et Reusner. p. 3. c. 23. n. 14. legatum, quod maritus  
in testamento uxorii sibi adscribit, ea consentien-  
te, & Notario subscribente testamento, ab uxore  
prius electo & recognito, valere, existimat.

§. V. Sed enim, cum ne pater quidem in  
testamento alieno filio quid adscribere possit, nisi  
testator speciali subscriptione expresse repetierit:  
se ea dictasse & recognovisse, L. 15. ff. ad L. Cornel. de  
fals. Dn. de Lyncker. p. 2. Decis. 664. Richt. vol. 1. p.  
4. Consil. 11. n. 26. seq. Et multo minus maritus  
sibi in testamento uxorii legatum adscribere pos-  
sit, per express. text. in L. 4. Cod. d. bis qui sibi adscr.  
in testam. dictante licet testatore. Carpz. p. 3. Consil.  
3. d. 9. nisi itidem testator se reliquisse testatus sit, id-  
que specialiter & expressis verbis. Idem d. C. 3. d. 10.  
n. 1. 2. vid. ennd. omnino p. 2. Dec. 151. (ubi num. 4.  
Reusneri tradita reprobat.) eadem vero, imo ma-  
jor sit prohibitionis ratio ejus, qui se heredem scri-  
bit; quam qui legatum sibi in alterius testamento  
adscribit, vid. Carpzov. d. Dec. 151. cum legatarius  
possit adhiberi testis, heres vero ob summam frau-  
dis suspicionem penitus repellatur: Unde per ne-  
cessariam consequentiam à minori ad majus inter-  
tut, cui non licet in testamento sibi legatum vel a-  
liud

liud quicquam adscribere, L. 4. Cod. d. t. is nec heredem scribere potest, quod certe fieret, si maritus totum testamentum reciprocum sua manu conscriberet. Nec dubito, quin talis scribens pœna L. Corneliaz coerceri possit. L. I. §. l. 6. l. 14. l. 15. ff. ad L. Corn. de falf. l. 3. Cod. qui sibi adscrib. in testam.

§. VI. Ardua hinc exsurgit dubitatio: An testamento reciproco, per holographiam mariti, se ipsum heredem scribentis, à parte uxoris invalidato, etiam reciproca mariti institutio, qua uxori heredem scripsit, infirmetur? Et prima quidem fronte id videtur afferendum, cum sublato correlativorum uno collatur & alterum, & reciprocatio non nisi in duobus possit subsistere: Verum licet testamento reciprocum ob iefirmationem alterius non possit subsistere amplius ut reciprocum, valebit tamen ut testamentum simplex: diversa enim est utriusque dispositio & separabilis, ita ut utilis per inutilem non vitietur: ideo cum Perezio in Cod. t. de his quisibi adscribunt in testam. n. 7. & Ant. de Gamma Decis. 231. negativam propugnare non dubito. Atque hanc sententiam nuperime etiam, tum Rintelenses, tum quoque hujus Salanæ J Ct clarissimi duobus responsis per du-

bitandi & decidendi rationes doctissime confirmā-  
runt: quæ, ut sua radiant luce & assertum no-  
strum egregie illustrant, majoris auctoritatis causa  
huc apponere lubuit.

*CASVS AVTEM TALIS EST:*

Condiderat Titius cum Seja uxore iisdem  
tabulis testamentum reciprocum, in quo primo  
moriturus, superstitem pleno jure heredem insti-  
tuit: Cum jam mortua uxore maritus quoque  
brevi post decederet, quoque testamentique ta-  
bulæ aperirentur publicarenturque, cæteris suo lo-  
co relictis, istud à defunctæ uxoris heredibus ab in-  
testato in dubium vocatum est: Utrum testamen-  
tum, quod totum mariti manu scriptum reperi-  
batur, quoad reciprocā uxoris institutionem,  
qua maritum heredem instituerat, possit subsiste-  
re, nec ne? Et responderunt J.Cti Rintelenses per  
rationes dubitandi & decidendi his verbis:

**S**obzwar im Rechten erlaubt und zugelassen:  
Quod conjuges simul testamentum condere, et  
in eadem charta se reciproce heredes instituere: Et  
talia testamenta, quamvis re ipsa duo et diversa sint  
testamenta, unius tamen solennitatibus expediri  
possint. arg. L. Licet. 19. Cod. de pactis ibique Bald.  
Salicet.

Salicet. Castreni. & DD. comm. Oldrat. *Conſil.*  
174. Gail. l. 2. *Obſerv.* 117.

Und dann aus der Copia dieses Testamenti und dem Bericht erhellet, daß dasselbe auf allen Blättern von beyden Ehleuten unterschrieben und untersiegelt, und auf beyder Ehleute Begehrten von dem damahlichen Stadt-Schultheisen und beyden Bürgermeistern, nachdem ihnen dieses Testament beyde Ehleute verschlossen vor-gezeigt, mit Bericht, daß in demselben ihr letzter Wille enthalten wäre, als ein gerichtliches Testament aufgenommen, und von ihnen, durch ihre eigenhändige Unterschrift, und beygedruckte Amts-Siegel confirmirt worden. Also dieses Testament, als ein *Testamentum ad acta conditum*, anzusehen und zu halten ist, *per tradita Berlichii p. 3. concl. 4. n. 9. seqq.*

Jedoch aber, weilien Titius das ganze Testament, und also auch diesen §. Trüge sichs aber fünftens zu (worin die Mit-Testatrix Seja ihren Ebeherrn, den Titium, hinwiederum zu ihrem Universal-Erben eingesetzt hat: ) mit seiner eigenen und alleinigen Hand geschrieben; So halten wir dafür, daß solch Testament, soviel der Seje Güther und Verlassenschafft betrifft, allein

voll

von deswegen zu Recht unkräftig und nicht beständig sey; Folglich der Seja Verlassenschaft durch solch Testament, auf ihren Eheherrn seilgen, nicht, sondern vielmehr auf der Testatrix heredes ab intestato devolviret, und dieselbe darzu zu admittiren seyen.

Sintemalen nicht allein insgemein bekandten Rechtens: Quod scriptura illa, qua sibi aliquis in alterius testamento legatum vel fideicommisum adscribit, de falso suspecta, adeoque probitatem, ut non solum illud quod sibi quis adscriptis pro non scripto & nullo habeatur, sed etiam talis scribens poena L. Cornel. de fals. teneatur L. 1. §. 7. L. 6. L. 14. L. 15. ff. ad L. Cornel. de fals. L. 3. Cod. de his qui sibi adscrib. in testam. ibique Salicet. & DD. comm. sondern auch insonderheit einem Ehemanni vergleichen in Testamento uxoris sich zuzuschreiben verbothen ist per L. 4. Cod. qui sibi aliquid adscribit in testam.

Und ob zwar das SCtum vel Edictum Claudianum, worinnen vergleichnen verbothen, nur von Legatis und Fideicommissis redet, so ist doch eadem, imo major ratio prohibitionis bey demselben, so gar das Testamentum alterius schreibt; ideoque idem jus statuendum, uti in terminis docet

Carp.

Carpz. Dec. 151. per L. 15. §. 3. ff. ad L. Cornel. de falsis L. 5. Cod. qui sibi adscr. in testam. verl. aliquod emolumumentum.

Es thut auch nichts zur Sache, daß die Testatrix das Testament auf allen Blättern bis zum Ende mit ihrer eigenen Hand unterschrieben, und besiegelt habe: *Siquidem ad hoc, ut ejusmodi adscriptum in alterius testamento valeat, nuda testatoris subscriptio & subsignatio, etiam si constet, quod testator testamentum dictaverit, non sufficit, sed præcise requiritur, ut aliunde constet, id quod sibi aliquis adscripsit, ex voluntate testatoris adscriptum esse, scilicet ut subscriptione sua speciali se declaraverit testator, se adscriptum illud scribenti dictasse, aut praelecto ipse testamento, illud adscriptum approbarerit. d. L. 1. §. 8. L. 15. §. 1. & 3. ff. ad L. Cornel. de fals. L. 2. L. 4. Cod. de his qui sibi adscrib. in testam. Brunnem. in L. 14. ff. ad L. Cornel. de fals. n.*

2. Carpz. p. 3. Confl. 3. d. 10.

Noch weniger aber ist hierbey zu attendieren, daß der Stadt-Schultheiß und beyde Bürgermeistere das Testament unterschrieben, und mit ihren respective Amts- und Stadt-Siegeln bekräftigt, und dabej attest ret, daß beyde Cheleute solch Testament in ihrer Aindesheit unterschrie-

schrieben haben: sitemalit aus ihrem dem Testamente beigefügten Attestato zwar erhellet, daß sie nomine Tituli nach dem Hause, wo die testirende Chelente gewohnet, berusset worden, nicht aber, daß sie zugleich auch nomine Sejæ, und zwar in specie ad actum testandi erfodert worden, wie denen Rechten nach geschehen sollen. L. 21. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. Farinac. de test. qu. 62. num. 55. Berlich. suprad. p. 3. concl. 4. n. 17. Gail. d. I. 2. Obser. 117. n. 2. § 3.

Über das, so ist ihnen der Inhalt dieses vermeinten Testamenti reciprocis inter conjuges, und insonderheit, was der Sejæ letzten Willen betrifft, nicht vorgelesen, sondern ihnen von beiden Chelenten ein Documentum verschlossen überreicht, und nur dabei gemeldet worden, daß darin ihr letzter Wille enthalten sei, mit Bitte, solche Amts- und Stadt-Gerichte wegen zu confirmieren. Quo casu tale testamentum magis vires assurmit ex nulla privata scriptura, quam ex approbatione facta per publicas personas, ignorantis contenta in scriptura clausa. Ideoque solennitatem quidem testamenti; non vero substantiam ejus probat, post Barthol. in d. L. 1. §. ex illa. ff. de fals. Bald. in L. dictaniibus. Cod. de testam. Ant. de Gamma Decis. 231. n. 4. § 5. Und

Und weil also der Stadt-Schultheiß und  
hende Bürgermeistere den Inhalt der Sejz ihres  
Testaments nicht gehöret, und also nicht sagen  
können, daß es ihr Wille gewesen sey, ihren Che-  
mann zu einem Universal Erben einzusezen; So  
ist deren blossen Confirmation darzu, daß sie deren  
ungültiges Testament validiren könnte, nicht an-  
reichig: *sola enim confirmatio, nihil novi iuris tri-  
buit.* Gail. 2. Obs. 1. n. 3.

Bleibts demnach dagey, daß dieses Testa-  
ment, soviel die Sejam betrifft, zu Recht unkräftig,  
und deren Erbschafft auf ihre nächste Ver-  
wandten und heredes ab intestato devolviret sey.  
*Uti in terminis decidit præcitus Ans. de Gamma*  
*d. Decis. 231. n. 6. Ex eo Perez. in Cod. i. de his qui*  
*sibi adscr. in testam. n. 7. V. R. W.*

HVIC CONSONVM EST

## RESPONSVM ILLVSTRIS SCABINATVS IENENSIS.

**S**obwohl vor gedachtem letzten Willen, daß sel-  
biger beyderseits vor beständig zu achten,  
und Titus, Vermüge dessen seiner Cheliebsten  
Erbe worden, angeführt werden möchte:

G 2

I. Was

1. Was massen in Rechten zugelassen, daß zwey Chegatten, in einem Testamente, einander zu Erben einsetzen mögen. Peck. in tr. de testament. Conjug. l. 1. c. 19. § al.

2. Nirgends verbothen, daß wann ein Chemann mit eigener Hand sein Cheweib zur Erbin einsetzet, alsdann wiederum das Weib ihren letzten Willen, durch die Hand ihres Mannes, exprimire, zumalen es sich nicht schicken wolle, in einem solchen Testamento reciproco zweyerley Hände zu gebrauchen. Ober, wann etwa beide Cheleute, ihre nächste Freunde nicht wissen lassen wollten, daß sie sich allein gegen einander zu Erben eingesetzt, eines Fremden Hand, in Abschreibung ihres Testaments, sich zu bedienen.

3. Nur in denen Rechten des Legati gedacht werde : daß derjenige, so das Testament oder Codicill geschrieben, nicht mit eigener Hand darzu setzen könnte, wie er ein Legatum habett solle. L. 14. § 15. ff. ad L. Corm de fals. L. 4. § 5. Cod. de his quisibi adscr. in testam.

4. Ist gegenwärtigem Testamente alle inspicio falsi & fraudis cessire, angesehen der Mann dem Weibe, und das Weib dem Manne die ganze Verlassenschaft auf den Fall, welcher Theil den

den andern überleben würde, beschieden, gestalt auch die Seja, welche wohl lesen und schreiben können, auf allen Blättern das Testament unterschrieben, und also vermutlich alle Worte des Testaments eigentlich durchgelesen, im Testamente auch nichts geändert, oder auf dem Rand geschrieben zu befinden, daraus etwa zu schliessen wäre, daß nach ihrer Unterschrift, hinter ihrem Wissen was darzu kommen, sondern der Ticius das ganze Testament geschrieben, auch sonst mit Bestande nichts angezogen werden könne, woraus eine Gefährde oder Betrug abzunehmen.

5. Über das die Clausula salutaris gebraucht worden, daß, wann solches nicht gelte als ein tierlich Testament; es dennoch als ein Codicill, Donatio mortis causa, oder sonst anderer letzter Wille kräftig seyn sollte.

Allerdings aber (1.) ein solch Testamentum conjugum reciprocum in der That zwey Testamenta enthält, nehmlich des Mannes und des Weibes, ob sie gleich per Compendium in eine Schrift zusammen gebracht, und uno actu conscribentur worden. Perez. ad t. Cod. de his, qui sibi scrib. in testam. n. 7. in verb. : cum diversa sit utriusque dispositio & separabilis. Peck. cit. tr. l. 1. cap.

43. §. 1. ibi : Et cum juris potestate habeantur duo testamenta duoque testatores. Dahero wann ein Ehegatte seinen letzten Willen ändert, und der andere sich nicht erklärt, ob er gleichfalls Aenderung wollte getroffen wissen, die Vermuthung so lange bleibt, daß sein letzter Wille bestehet, bis die Mutatio erwiesen werde. Peck. d. tr. c. 44. n. 3.

Und aber (2.) in L. 4. Cod. qui sibi adscrib. klar verordnet worden : Quae in testamento uxoris maritus sua manu legata sibi adscriperit, pronon - scriptis habeantur, und was in dem Titulo : de his qui sibi adscrib. in testam. von denen legis gesaget wird, nicht minder von der Institutione heredis zu verstehen, wie solches Carpzovius p. 2. Decis. 151. n. 9. 10. & seqq. durch stattliche Rationes und Leges deduciret. conf. Farinac. Oper. crim. p. 6. ubi agit de falsitate qu. 150. n. 194. auch Perez. cit. l. wohl schreibt : Quid si maritus testamentum simul cum uxore condidit ? Certe valebit, etiam manu viri factum in quo ille uxorem suam instituit ; non utique illud, in quo ipse se uxoris heredem scripsit, cum diversa sit utriusque dispositio & separabilis, sic ut utilis per iniuriam non vitietur, ut probat Ant. Gamma Dec. 237. n. 6. Auf die in Contrarium ast geführte Rationes aber ist leicht zu antworten.

Und

Und zwar ad (1.) solche nichts zur Sache  
thut.

Ad (2.) freylich die Rechte wollen, daß  
wann gleich die Frau verlanget, ihr Mann solle  
sich selbst zu ihrem Erben schreiben, dennoch der-  
gleichen ihm nicht erlaubt, quia etiam dictante &  
volente testatore, nemo sibi legatum vel hereditatem  
adscribere debet L.3. Cod. qui sibi adscr. in testam. in  
verb.: quamvis dictante testatore, aliquod emolu-  
mentum ipsi futurum scribere. vid. L.5. Cod. cod. in  
verb.: jussu ejus servum tibi adscripsisti. conf. pr.  
L.14. ff. ad L. Corn. de fals. ubi de falso tenetur, qui  
jussu etiam testatoris Legatum sibi adscripsit. Be-  
föld. p. 6. consil. 284. n. 12. quia nemo potest in testa-  
mento suo cadere, ne leges in eo locum habeant. L.  
ss. ff. de Legat. I.

Wann aber ja das Weib will, daß ihr Mann  
das ganze Testament ganz alleine schreibe, und  
keines fremden Hand brauchen will: Sie zum  
wenigsten specialiter subscribiren muß, daß sie ih-  
ren Mann zum Erben oder Legatario eingesetzt  
habe; widrigenfalls solche Hereditas institutio oder  
Legatum aus wichtigen von denen Legislatoribus  
Romanis angeführten Ursachen vor ungültig er-  
kannt wird. L.14. §. 1. ff. ad L. Corn. de fals.

Ad

*Ad (3.)* Oben solche Meynung ihre Absertigung bekommen.

*Ad (4.)* Die angezogene Ursachen pro conservanda ultima voluntate praesenti nicht erheblich, indem die reciproca & mutua conjugum institutio, wie oben dargethan, nicht attendiret wird: Imgleichen die subscriptio generalis, welche allhier vorhanden, nur à pena falsi befreyet, nicht aber das Legatum oder Heredis institutionem salviret. vid. L. 14. §. 1. ad L. Corn. de fals. Auch nicht zu consideriren, daß keine Aenderung oder marginalis additio allhier zu befinden genug, quod heres vel legatarius nihil sibi adscribere debat; Und obschon Titius das ganze Testament, und nicht allein die Stelle, worinne seiner gedacht wird, geschrieben, solches gleichwohl seiner Person Heredis institutionem nicht conserviret. L. 15. pr. ff. eod. in verb.: cum alterius testamentum vel codicillos scriberet, legatum sibi sua manuscriperit; die Jura aber nicht in singulas Personas geordnet, und dahero eben wohl einem Minori, quamvis prudentissimus fuerit, die Restitutio, da er lædret wird, deswegen nicht entstehen kan, quoniam iure minorum in genere constituto uititur.

*Ad (5.)* Farinac. d. l. n. 184. per textus juris, &

DD.

*DD. testimonia erweiset, quod poena adscribentis  
sibi, locum in qualibet ultima voluntate habeat; Als  
find wir der Rechtlichen Meynung, daß wann die  
Seja ihren Mann überlebet hätte, sie zwar ihn ge-  
erbet; Nachdem er aber sie überlebet, und sich  
selbst zu ihrem Erben geschrieben; Ihre Erb-  
schafft auf ihn nicht kommen, und seine Erben sich  
deren anzumassen nicht befugt seynd. V. R. W.*

§. VII. Omissis denique multis aliis, quæ  
de hac materia commemoranda forent, hanc ulti-  
mo loco quæstionem addimus: An non saltim  
ius retentionis ex tali testamento habeat maritus  
eiusve heredes? Quod N.: Nam ex testamento  
invalido ne quidem retentionem competere, deci-  
sum refert Dn. de Lyncker. p. 1. Decis. 226. Sub-  
sistit hic A. Lector! certo peritus, maturiorem  
re expectasse fœtum: atque altius etiam somerem  
figere debuisse, nisi temporis injuria fuisset pro-  
hibitus: Nec deerunt, scio, quibus carpere faci-  
lius, quam imitari, quive nil rectum putant, nisi  
quod ipsi faciunt; sed sciantisti, me eorum animi  
impotentia commiserescere ac vovere, ut aliquan-  
do ad saniorem revertantur rationem. Te vero,  
et quanime Lector, ut hanc tenuem & impolitam

H

opel-

opellam æqui bonique consulas, & patrocinio tuo  
soveas, amice rogo ; & si quem Zoilum vel scio:  
lum minus reæte judicantem reperias, eum à  
me salutatum Anticyras mittas, ut  
ibi bibat

purgantem pectora succum.

F I N I S.



GVIL. HIER. BRVCKNERI,  
PANDEQF. PROF. PVBL. O. CVR. PROV. FACULTATIS  
IVRIDICAE ET SCABINATVS ASSESSOR. COLLEGII  
IVRIDICI H. T. DECANI,

COMMENTATIO HISTOR. IVRIDICA,

DE

# LIBERTATE TESTANDI,

GERMAN.

Wem und in welchen Fällen ein Testament  
zu machen nur erlaubet ist.

OCCAS. L. I. C. DE SS. ECCLES.



TIENAE,

LITTERIS HELLERIANIS. 1755.

I. N. D. N. I. C.

Cum Imperatores Diocletianus & Maximianus in l. 8. C. de hered. instit. rescripsierint cuidam Hadriano: *Collegium, si nullo speciali privilegio subnixum sit, hereditatem capere non posse, dubium non est, tantum abesse videtur, ut omni proslus careat dubio, Collegium citra speciale privilegium non esse capax hereditatis, ut potius contraria sententia dubium non habere censeatur.* Ita JCtus Paulus in l. 20. D. de reb. dub. sentit: *Cum Senatus temporibus D. Marci permiserit Collegis legare, nulla dubitatio est, quod, si corpori, cui licet coire, legatum sit, debeatur, cui autem non licet, si legetur, non valabit.* Et licet Paulus in hac lege de legato, Imperatores autem in priori lege de hereditate loquantur, omnes tamen Jurium periti facile intelligunt, hac in re parem legatorum, fideicommislorum aliorumque per ultimam voluntatem relictorum esse

esse rationem, atque hæreditatum. Sed nulla inter has leges intercedit pugna. Prioris enim sensus non is est, quod Collegium ad hoc, ut capere possit hæreditatem, speciali opus habeat privilegio, potius illa id innuit, quod Collegium, nullo speciali privilegio subnixum, h. e. tanquam Collegium specialiter non approbatum à Principe vel Senatu, hæreditatem acquirere nequeat, quoniam Mandatis Principalibus præcipiebatur Presidibus Provinciarum, ne paterentur (citra speciale Imperatorum vel Senatus privilegium) esse Collegia & Sodalitia, l. 1. pr. D. de Colleg. & Corpor. cui consensit l. 3. §. 1. D. eod. In Summa autem, nisi ex Senatu consulti autoritate vel Cæsaris, Collegium vel quodcunque tale corpus coierit, contra Senatus consultum & Mandata & Constitutiones celebrat. conf. l. 1. pr. D. quodcujusque univers. nom. Igitur Collegium, privilegio & autoritate superiorum non munitum, pro illicito habebatur, illicitum autem Collegium instituere, pro crimine reputabatur: quisquis illicitum Collegium usurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templo occupasse judicati sunt l. 2. D. de Colleg.

Propterea in Pandectis titulus de Collegiis &  
A 3 Cor-

Corporibus positus reperitur, ubi de delictis & criminibus tractatur. Quoniam enim per contiones, privato ausu suscepas, tumultus aliquaque plura in Rep. excitari possunt mala, Romani severe prohibuerunt conventus, absque superiorum permisso institutos; quod adhuc hodie in Germania observant Principes & Status Imperii, ut non tantum Collegia, primitus fundanda, concessionem superioritate territoriali gaudentium impetrare, sed & pleraque mortuis Imperantibus ab eorum successoribus confirmationem petere teneantur.

Omnibus ex historia ecclesiastica notum est, quam graviter Nero cumque securi gentiles non nulli Imperatores Romani primos Christianos affixerint, ut hi saepius palam convenire non audent, sed noctu & in cryptis atque speluncis sacra celebrarent. Quod etiam circa initium Reformationis in Gallia contigit, unde nomen Hugonotarum descendit, à Pontificiis per contemptum Reformati Gallis impositum, cuius originem Gallicus scriptor Thuanus lib. XXIV. Histor. hisce refert: Cum singula urbes apud nos peculiaria nomina habeant, quibus mormones, lemures, manducos, & cetera ab ihusmodi monstra inania anilibus fabulis ad incutiendum infantibus ac simplicibus feminis terrorrem

rem vulgo indigent, Cesaroduni Hugo Rex celebratur, qui noctu pomeria civitatis obequitare, & obvios homines pulsare ac rapere dicitur, ab eo Hugonoti appellati, qui ad ea loca ad conciones audiendas ac preces faciendas itidem noctu, quia interdiu non licebat, agminatim in occulto conveniebant.

Acerrimus Christianorum persecutor fuit Diocletianus Imperator, qui supra citatam legem 8. C. de hered. Inflit. condidit, & per Collegia, hæreditatum incapacia haud dubie etiam intellectus Christianorum Ecclesias, quarum plurimas destruxit, soloque æquavit, ut fons id exponit Baronius in Annal. ad annum Christi 302. n. 1. & seqq.

Ex his jam animadvertisimus, quid moverit primum eumque religiosissimum Christianorum Imperatorem Constantimum Magnum, ut in 1. 1. C. de SS. Eccles. lanciret: *Habeat unusquisque licentiam Sanctissimo Catholico venerabilique Concilio decebens bonorum, quod optaverit, relinquere, & non sint cassa judicia ejus; ubi per Catholicum & Venerabile Concilium intelligit Ecclesias alios, que cætus Christianos pios.*

Hac data & promulgata licentia, sicut Christiani sub gentilium Imperatorum persecutionibus diu multumque gemuerunt, ita post tempestates illas

illas tempe & halcydonia per Constantimum nacti,  
ut gratum Deo præstarent animum, liberales se er-  
ga Ecclesiæ & Clericos exhibuerunt, præsertim in  
agone constituti, & liberos non habentes, testa-  
mentis certatim bona sua Deo & piis locis dica-  
runt. Sed cum sic nimium crescerent opes clerici-  
orum, qui potissimum mulieribus & viduis per-  
fivalere, ut bona sua ipsis & Ecclesiæ relinquenter,  
Imperatores Theodosius & Arcadius l. 20. & 27.  
*Cod. Theod. de Episcop. Eccl. & Cleric.* prohibue-  
runt, ne Monachi & Clerici quicquam ex mulieris  
alicuius bonis, aut donatione, aut ultima voluntate,  
caperent, & ne Ecclesia, etiam pauperes quic-  
quam è testamentis Diaconissarum consequeren-  
tur. Baronius in *Annalibus ad annum 370.* num. 118.  
& seqq. pluribus exponit, quid de his legibus sit  
sentiendum, & præter morem suum & praxin Ec-  
clesiæ Romanæ non tam Imperatores, tale quid  
sancientes, reprehendit, quam Clericos & Mona-  
chos, nimia avaritia moribundorum bonis inhian-  
tes ; unde suorum indignationem veritus n. 121.  
scribit : *At dices : cur hac refossa ac in unum colle-  
cta a omnibus spectanda in Annalibus ponis, perpetuo  
obruenda silentio, quorum causa ipse S. Hieronymus  
compluries in se studia clericorum armavit ? Ut ex  
bis*

bis, Lector intelligas, sancienda ab Imperatore legis  
occasionem; meque (quod in genui scriptoris est) veri  
amantis Historici probe scias explere numeros, nec  
in gratiam hominum, vicia reticendo, laudare vir-  
tutes.

Digna quoque memoratu sunt verba St.  
Ambrosii, cuius temporibus leges illæ ferebantur;  
Ita enim in libello adversus relat. Symmachi ait:  
Nobis etiam privatae successionis emolumenta recens  
tibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non  
enim putamus injuriam, quia dispendium non dole-  
mus. Et paulo post: Scribuntur testamenta Mi-  
nistris Templorum, nullus excipitur prophanus, nul-  
lus ultima conditionis, nullus prodigus verecundiae;  
Soli ex omnibus Clerico commune jus clauditur; nul-  
la legata vel etiam gravium viduarum, nulla dona-  
tio, & ubi in moribus culpa non deprehenditur, ta-  
men officio multa prescribitur. Quod Sacerdotibus  
Fani legaverit Christiana vidua, valet, quod Mini-  
stris Dei, non valet. Quodego non ut querar, sed  
ut sciant, quid non querar, comprehendendi. Gemina  
his tradit S. Hieronymus in epist. 2. ad Nepotianum  
de vita Clericorum & Sacerdotum: Pudet dicere,  
Sacerdotes Iadolorum, Mimi, & Aurige & Scorta  
hereditates capiunt, solis Clericis & Monachis hac

B

lege

lege prohibetur, & non prohibetur a Persecutoribus,  
sed a Principibus Christianis. Nec de Lege conque-  
ror, sed doleo, cur meruerimus hanc legem.

Ex his apparet, quaota moderatione in re,  
Clericorum ordini tam gravi & infesta, fuerint usi  
Sanctissimi Ecclesiae Patres, & quid judicandum sit  
de Paul. V. Pontificis vehementia, qua Principem,  
Senatum & totam Remp. Venetam ante centum se-  
re annos excommunicavit, &, cum fulmen hoc  
Veneti haud secus quam fulgur ex pelvi contemne-  
rent, exercitum paravit, quoniam hi inter alia lege  
publica vetuerunt, ne cuiquam solute conditionis  
bona relinquere, donare, aut in perpetuum oppigno-  
rare sacro ordinis jus sit, si quæ relicta & donata fu-  
rint, intra biennium distrahantur, & pretium co-  
rum, ad quem de jure pertinet, cedat. Additum, ne  
cui qualicunque de causa bona foli vendere, donare,  
alienare in sacri ordinis favorem liceat, nisi permis-  
su Senatus, ut refert Thuanus lib. 137. His. qui to-  
rum illud negotium pluribus recenter, & memo-  
rat, quemadmodum orator Venetus apud Ponti-  
ficem ostenderit, nihil illa lege contra libertatem ec-  
clesiasticam decerni. Nam legem ad subditos solute  
conditionis directam, de quorum bonis Principi, qui  
neminem in temporalibus prater Deum se superio-  
rem

rem agnoscit, secundum jura & legis statuere licet.  
 Nihil ecclesiasticis imperari aut injungi illa lege, non  
 illis auferri rei donata aut in favorem eorum quomo-  
 docunque alienata pretium, sed possessionem rerum  
 soli, ne tractu temporis subdit, qui onera ordinaria  
 & extraordinaria imperii sustinent, bonis illis om-  
 nino spolientur, & impares tandem ad ea sustinenda  
 imperium infirmum & omni ope destitutum deserant.

Cur Papa Paulus V. non contentus ecclesia-  
 stica censura bellum contra Venetos paraverit, ex  
 illo Baronii Cardinalis colligere possumus, quilo-  
 co supra citato, quando de Theodosii & Arcadii  
 lege clericis tam acerba tractat, n. 118. statuit: *Duos*  
*plane gladios (spiritualem & carnalem,) Ecclesiae u-*  
*sui inservire, eosdemque sub Petri iure contineri, sua*  
*Sententia Dominus Luc. XXII. comprobavit. Sed*  
*Domini sententiam longe fuisse aliam, quam ut*  
*Petri jure carnis quoque gladius contineri de-*  
*beat, ex Matth. cap. XXVI. v. 52. constat, ubi Sal-*  
*vator, cum ad eum defendendum Petrus gladio*  
*carnali uteretur, graviter ipsum redarguit, praefas-*  
*tus: Repone gladium in locum suum, omnes enim,*  
*qui gladium accipiunt, gladio peribunt.*

Nec tanto pretio St. Paulus Apostolus (uti  
 quidem Baronius loco allegato ei affingit) gladium

hunc carnalem redemislet, qui 2. Cor. X. v. 4. sibi de melioribus armis gratulatur, dum ait: *Arma militie nostrae non sunt carnalia, sed divinitus valida ad destructionem munitionum.* Meruisse Clericos & Monachos tam duram legem, qualis ab Imp. Theodosio & Arcadio lata est, ex verbis St. Hieronymi supra cognovimus, quibus venerandus Pater non tam eo respicere videtur, quod opes & divitiae clericorum nimium creverint, ut Imperantibus quoque formidabiles fierent (nam tales forte non invidit ipsis pius Pater) quam quod malis artibus usi induxerint potissimum moribundos & mulieres, ut facultates suas per testamenta ipsis relinquerent.

Sic in Gallia quondam obtinuisse, ut invicti cogerentur Ecclesiis, & piis locis, bona certa dicare, refert Argentreus ad consuetud. Armor. art. 77<sup>o</sup> tit. des droits du Prince, in verbis: *Ses proches parents ordonneront, quando ait: Extant libelli adversarii controversiarum Petri Cunerii, Francie olim Cancellarii & Episcopi Heduensis, quibus inter alia Cunerius obiicit, quod mortuos intestatos non a litter sepeliri paterentur, quam de suis supposuissent aliquem, qui vice defuncti testaretur, & quipiam Ecclesia aut loco pio relinquenter, videatur Mornac.* in Comm. ad l. i. C. de SS. Eccl. Liber-

Libertatem testandi, & Ecclesiis plisque locis  
per ultimas voluntates prospiciendi, à Constanti-  
no introduxam, & successu temporis per alios Im-  
peratores sublatam, Justinianus restituit, dum non  
tantum Theodosii & Arcadii constitutiones omisit  
referre in Codicem suum, sed & leges firmavit,  
quibus relata Ecclesiis, pauperibus & sacerdoti-  
bus valete jubentur. vid. l. 24. & 28. C. de SS. Ec-  
cles. l. 20. D. de ann. legat.

Huc pertinet, quod permittit in Novellis, et  
iam Christo hæreditates & legata relinquī, quæ ta-  
men attribuuntur Ecclesiæ ejus loci, in quo testator  
habuit domicilium. *Nov. 131. cap. 9. conf. Giphani.*  
*in Comment. ad l. 1. C. de SS. Eccles.* Etcum Impe-  
ratores, Justinianum securi, libertatem illam te-  
standi non restringerent, & Ordines Monachorum  
subinde augerentur, Laicis opinionem meriti, si  
bona sua transferrent ad Ecclesiæ & Cœnobia, in-  
culcantes, aliisque pluribus modis commoda sua  
promoventes, in immentum gliscere cœperunt  
Clericorum opes, ut tandem secularium Imperan-  
tium potestati te subducere, Statum in Statu for-  
mare, ipsisque Imperantibus, Regibus & Principi-  
bus, eorum voluntati morem non gerentibus, cor-  
nua obyertere auderent. Nisi etiam Lutheri Re-

formatione mutatio contigisset, seculare Regimen ab ecclesiastico forte totum suisset absorptum.

Hæc de prima l. i. C. de SS. Eccles. parte, libertatem testandi specialiter firmando; nunc ad alteram accedimus, qua generaliter libertas illa probatur his verbis: *Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis, postquam jam aliud velit non posse, liber sit stylus, & licium, quod iterum non redit, arbitrium, ex quibus cognoscimus, Constantium Imp. statuisse, libertatem condendi ultimam voluntatem deberi hominibus, immo nihil magis deberi.*

Huic sententia hodie accidunt, qui libertatem illam adeo juris naturæ esse contendunt, ut ab Imperantibus non queat subditis negari: Ita Baclerus in Comment. ad Hug. Grot. d. J. B. & P. lib. 2. cap. 6. §. 16. p. m. 232. *Potestatem vero ipsam disponendi de resua, jure naturæ fundatam, legislator auferre non potest.*

Alii contrarium tuentur, quod rem spectando naturaliter, testamenta & ultima voluntates effectum sortiri non debeant, *cum jurinature non congruat, ut quis possit de rebus quondam suis disponere eo tempore, quo jam dominus esse desit, vel eo tempore, quo dominus est, & effectum confert in tempus, quo futurus dominus non est, ut ex Ferdin. Vasquio refert d. l. p. m. 233. Baclerus.*

Iterum alii media incedunt via, ut quidem naturaliter nec præcipi nec prohiberi testamentorum validitatem putent, sed negotium indifferens esse propugnant, utrum summi Imperantes per leges generaliter testamenta valida an invalida declarare velint. Qui ultimam hanc opinionem amplectuntur, denuo in partes scinduntur, dum nonnulli defen-

fendunt, rectam rationem magis fudere, ut legislator finat esse firma testamenta, nonnulli contrarium probare volunt, quod legislator melius subditis libertatem testandi non permittat.

Huic ultima opinioni adhaeret Job. à Felde in Element. Juris Universi part. 5. membr. 2. art. 4. pag. m. 1156. qui Politiis conducere statuit, si nulli civi concedatur facultas libera testandi, demonstrante hoc ipsum Aristotele lib. 5. Polit.

Dochissimus Conringius etiam laudaverat in veteribus Germanis, quod testamentificationem non admiserint, & eo ipso plurimis litibus ansam amputaverint, quod stomachum movit Celeberrimo JCTo Job. Ottoni Tabori, ut contra illum insurgeret, cui deinde Conringius prolixus respondit in Proe-  
mio ad Tacitum, & hujus Excepta adjicit Tracta-  
tui de Origine Juris Germanici anno 1665. Helmstadii  
edito, ubi inter alia p. m. 304. provocat, ad JCTum  
Franciscum Hotomannum ita dicentem : *Omnes pragmati-  
cifantur, quod materia testamentaria, sicut fons & nutrita  
maxima litium partis, captionumque, quae ibi sunt, ubi Jus  
civile viget.*

Refert postea Gentes & Respublicas, quæ suis testamento condere non permiserint, & cum men-  
tionem fecisset nostra l. 1. C. de SS. Eccles. de illa sic ju-  
dicat : *Ipsam illa Ecclesia & Clericis Monachisque legandæ  
facultas (cui commendanda, in favorem pressa hacenus Eccle-  
sie, usque adeo in universum libertatem testandi Constantinus  
M. landavit) quam multum nocuerit passim terrarum Rebus-  
publicis pene omnibus, in vulgo jam innotuit, & preclare o-  
stensum est à Paulo Servita, alioisque Venetorum contra Papam  
Paulum*

*Paulum V. defensoribus. Eoque ipsimet proxime Constantini secuti successores & alibi in Occidentali hoc orbe summae quoque potestates prudentiores legem banc Constantini improbavere, minime id facturi, si illa à magno Cæsare addita legi ratio placuisse.*

Hodie etiam in Dania non permititur, ut Domini per ultimas voluntates de bonis suis disponant, exceptis tantum paucis quibusdam casibus. Si ratio ferret instituti, pluribus sententias antememoratas excuterem; sed sufficiat jam brevibus meam proponere opinionem, scilicet, quod subditis rectius concedatur in Rep. libertas, de bonis, præferunt labore suo quæsitis, non tantum inter vivos, sed & per ultimas voluntates statuendi, ut tamen illa libertas non adeo laxetur, e.g. non permittatur, ultra 100. & plures annos fideicommissis gravare successores.

Nec ubique in materia ultimarum voluntatum & successionum Jus nostrum Civile tam bene se habet, ut non in melius reformari possit, & non multæ inanæ veterum distinctiones & subtilitates reserari mereantur. Licit autem testamenta litibus sœpe occasionem præbeant, non tamen propterea proscribi debent, cum rerum optimarum plerumque maximus conspi ciatur abusus, & ob abusum non protinus usus sit tollendus. Hæc præfari volui occasione *I. i. C. de SS. Eccles.* quam Clarissimus Candidatus noster, DN. IO. PETRVS MATTHIAS lectione Cursoria se legit illustrandam; Sed quia de curriculo vitæ ejusd. huc aliquid adducere, spatiū non permittit; Ergo imponimus FINEM.





**ULB Halle**  
004 184 98X



3

f

56.





DISSERTATIONEM INAVGVRALEM IVRIDICAM

DE

# TESTAMENTO HOLOGRAPHO RECIPROCO.

LINGVA VERNACULA:

Wie ein selbst = geschriebenes Testament, auch ein Ver-  
mächtnis und Gegenvermächtnis Rechts-gültig  
einzurichten ist.

PRAESIDE

## DN. CHRISTIANO WILDVOGEL,

ICTO CELEBERRIMO,  
CONSILIARIO STATVS SAXO - ISENACENSIS  
INTIMO, ETC. ETC.

PRO LICENTIA

SYMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES DOCTORALIA  
MORE MAIORVM RITE CAPESSENDI,

D. II. AVGUSTI M D CCI,

ERUDITORVM EXAMINI SVBIICIT

## JOHANNES PETRVS MATTHIAS,

SMALC. HASSVS.

HVIC ACCEDIT

## GVIL. HIERON. BRVCKNERI, D.

FAND. P. F. O. CVR. PROV. ASSESS. ET COLL. IVR. DEC.

PROGRAMMA AD HVNC ACTVM SOLENN.

DE

## LIBERTATE TESTANDI,

OCCAS. L. I. C. DE SS. ECCLES.

IENAE,

PROSTAT APVD I. B. HELLERVUM, 1755.